






**Eximum planeque divinum opus incomparabilis theologi  
Dionysii, professione Carthusiani, in quo opere continentur  
quinque humanae vitae specula, in quibus se contemplari  
debent omnes, cujuscumque conditiones ac status homines,  
ut inde discant quid illos deceat quid non : opus hactenus  
desideratum & nuper in Carthusia Ruremundensi inventum.**


<https://hdl.handle.net/1874/342701>








Gruitroede.















































Rariora duoc. 81

# EXIMI

V M PLANEQVE DIVI-  
N V M OPVS INCOMPARABILIS

Theologi Dionysij, professione Car-  
thusiani, in quo opere continetur  
quinque humanæ uitæ specu-  
la, in quibus se cōtempla-  
ri debent oēs, cuiuscū-  
que conditionis ac  
status homines,  
ut inde discat  
quid illos  
deceat  
quid  
nō.

*Dedictio*  

---


Opus hactenus desideratum &  
nuper in Carthusia Rure  
mundensi inuentum.

COLONIAE Ioannes Ruremundanus  
excudebat, Anno M. D. XL.



1759

AVANTAGE DE LA  
MUSIQUE EN LA  
VIE DES HOMMES  
EST UN VRAI  
PARADIS POUR  
CEUX QUI SONT  
DU MONDE  
C'EST UN PARADIS  
POUR CEUX QUI  
SONT DANS  
LE SEIGNEUR



ONCE UPON A TIME  
A KING CALLED  
HIS SON TO HIM

AND SAID TO HIM  
GO AND GET ME  
A HORSE

# VENERA BILI DGCTISSIMO QVE

PATRI, D. THEODORICO

Lolier à Suisatis, Carthusiano

rum domus prope Hilde

siam priori. amico & pa

trono cum primis co,

lendo Ioannes

Calolithius

S. D.



V M Ioannes Ruremunda  
nus meus εμοτεχνος du-  
dum in patriam culet pro-  
fectus, Ruremundæ in bi-  
bliotheca Carthusianorum forte inuenit  
sanctissimi uiri Dionysij opuscula quæ-  
dam, specula humanae uitæ inscripta, quæ  
quum nobis legenda exhibuisset, non in-  
digna iudicauimus, quæ imprimetur,  
atq; in lucem æderentur. Comœdia à qui-  
dam definitur τὸ ἀνθρώπινον κατατετροφή, id est, humanae uitæ speculum, quod in  
comœdia uelut in speculo mores homi-  
num conspiciantur. At heu opuscula Dio-

Aa ij ny-

## EPISTOLA

nyſij, iustius humanæ uitæ specula uocantur. In Comcedijs proponuntur nobis bonorum & malorum exemplia, ut expectamus honestatem, & fugiamus turpitudinem: sed isthic multa sunt admixta quæ non tam ad formandos, quam ad corrum pendos mores ualent. Quid enim conducta bene beateq; uiuendum, nosse lenonum periuria, meretricum impudētiam, ingluuiem ac scelera, iuuenum cupiditates ac desideria, seruorum dolos ac fraudes. Certe quid conducat, nescio, nisi fortasse hoc unū, quod uidelicet improborū ac sceleratorū uitam dia multumq; cōtemplando quis reddatur improbior ac sceleratior. In his autem Dionysij speculis non redduntur fraudulētorum seruorum, uel perfidorum lenonum, uel sceleratarum meretricum imagines, sed optimorum & Christianissimorum hominū imagines conspicendi & contemplanda cuius proponuntur, & non principum modo & omnium magistratum, sed etiam priuatorum ac subditorum officia ostenduntur.

## N V N C V P A T O R I A.

Renduntur ac perfectissime demonstrantur. Porro sex specula in hoc opere a Dioso nysio proponuntur. Primum est magistratum & eorum qui alijs præfunt: Magistratum autem sunt principales differentiæ. Nam magistratum alijs sunt spirituales, alijs seculares, alijs mixti. Spirituales proprie dicuntur qui tantum spiritualia curant, & se non immiscent secularibus negotijs, & qui tantum uerbo dei, & non ferro homines gubernant. Atq; eiusmodi magistratus fuit noster saluator Christus & eius Apostoli, & Christi Apostolorumque lectatores. Proprium autem munus spiritualis magistratus est, docere & prædicare, legem seu pœnitentiam & Euāgelion seu remissionem peccatorum, & recte administrare sacramenta à Christo instituta. Spiritualis enim magistratus non debet aliorum esse dominus sed seruus. Præcipue autem seruire alijs debet, docendo, prædicando, monendo, horlando, atque interdum obiurgando. Spiritualis autem magistratus complectitur

Aa ij con

## EPISTOLA

concionatores & ministros ecclesiæ qui  
uidelicet debent ecclesiam erudire in do-  
ctrina fidei, & administrare sacramēta di-  
uinitus instituta. Huc etiam referendi  
sunt præfecti monasteriorum, quos uul-  
go priores uocant. Porro ecclesiastæ  
sæc[u]l[u]i præcones uerbi non debent quemquā  
ui cogere uel compellere ad suscipiēdam  
fidem, nec debent quempiam in armis co-  
herere, sed potissimum debent arguere pec-  
cata totius mundi, & ostendere omnes ho-  
mines esse peccatores, id est, reos mortis  
æternæ. Deinde conscientias iam agni-  
tiōe peccati perterritas ac perturbatas, de-  
bent consolari confirmare & erigere pro-  
missionibus euangelicis, & sacramentis  
æ Christo institutis. Deinde quum ani-  
maduerterint homines iam habere paca-  
tas ac tranquillas conscientias, & acqui-  
escere in Christo, tum dænum debent  
eos ad exercitia fidei, & mutuæ Charita-  
tis officio exhortari. Fides enim marce-  
scit ac moritur, nisi oratione, diuinorum  
scripturarum lectione, alijsq[ue] pijs operi-  
bus

## N V N C V P A T O R I A.

bus exerceatur ac uiuifetur. Vbi non sunt pietatis & charitatis exercitia, ibi certe fides esse nullo modo potest, uehementerque errant isti qui somniant se habere fidem, quum interim in summa securitate atque ocio uitam degant. Vbi non est charitas, ubi deseritur proximus, ubi non succurritur egenis, ibi certe fides non adest. Nam charitas proximi maximum est argumentum fidei: sicut è diuerso, odi um proximi certissimum est indicium in credulitatis. Idcirco qui non diligit proximum, is quo que non diligit deum, nec habet fidem in deum. Fides enim semper fructificat, & parit amorem ac dilectionem erga proximum. Bona igitur operari non possunt nec debent a fide separari. Fides enim nunquam potest esse ociosa, tanquam est impossibile fidem esse absque bonis operibus, quam est impossibile deum esse absque misericordia: Neque enim fides est aliud quam cognitio diuinæ misericordiæ. Quisquis autem agno scit se esse peccatorem ac reum mortis æ-

Aa iiiij ternæ

## EP I S T O L A

ternæ, attamen statuit deum fore sibi misericordem ac propicium propter dilectū filium suū Iesum Christum, fieri non potest quin is quoque proximi misereatur. Itaque quibus incumbit onus concionandi & prædicandi, nō tantum remissionem peccatorum euangelizare debent, sed etiam exhortari debent homines ad præstanta opera charitatis, concionatores. Secularis autem magistratus dicitur qui gerit gladium diuinitus sibi traditum ad cohercendum delicta non tatum contra secundam tabulam, sed etiam contra primam tabulam Decalogi. Nam principes non minus tenentur punire manifestam blasphemiam atq; impietatem, quam homicidia, furta, atq; adulteria. Mīxtos autem magistratus uoco, qui non solum habent potestatem docendi & prædicandi euangelium, sed etiam habent potestatem secularem : ut summus Pontifex, Cardinales, Episcopi, Abbates, & cæter. qui omnes, utinam tam curarent spiritua lla quam curant corporalia & secularia.

Hi

## NVNCPATORIA.

Hiautem omnes iam prædicti magistratus debent pietate & omni uirtutis generalios excellere ut sint subditis uelut speculum quoddam & exemplar omniū uirutum atque honestarum actionum. Secundum speculum est subditorū, in quo subditi uident, quatenus debeant suis superioribus obtemperare: Parēdum est autē semper magistratibus nisi aliquid præcipiant uel contra ius naturale, uel contra ius diuinum. Magistratibus impia præcipientibus non est parendum. Nam semper magis deo obediendum quam hominibus. Tertium speculum spectat ad presbyteros. Quartum speculum est idiotarum seu uulgarium hominum.

Quintum est eorum qui agunt pœnitentiā. Sextum est agonizantium. Hæc autem Dionysij specula sub tui nominis auspicijs publicare & in lucem remittere uisum est sanctissime pater, qđ potissimum dignus esse uidereris, cui eiusmodi opus dedicaretur. Tua enim uigilantia, cura, diligentia, industria, atque opera effectum

## EPISTOLA

est, ut omnia Dionysij Carthusiani opera quam edatissime habeam impressa: me  
rito igitur haec Dionysij opuscula tuae pa-  
ternitati dedicauimus. Offendimus autem  
haec Dionysij secula, cum nobis traderen-  
tur, mirum in modum deformata atque im-  
polita, ea autem nostro beneficio ita sunt ex-  
purgaata, atque expolita, ut spes sit fore mul-  
tos qui se in illis posthac & libentius & sae-  
pius contemplentur quam antea, & ex hac con-  
templatione meliores ac sanctiores redan-  
tuntur. Loca scripturae passim a Diony-  
sio citata in margine annotauimus & sum-  
mo sudore totum hoc opus a mendis repur-  
gauimus, eaque potissimum in gratiam tui se-  
cimus, ut fieres aliquando tui uoti cōpos  
haberesque tuū Dionysiuū, uti cupiebas,  
perfectum atque absolutum. Tuam au-  
tem paternitatem rogo ut hoc nostrum  
in impriuendo-Dionysio-Studiū atque in-  
dustriam boni consulas. Ego metuæ pa-  
ternitati ac sanctitati cōmendo. Vale.

Tituli capituloſū ſpeculatorū. V. P. Dionyſij prioris domus carthusiae in Ruſſia  
reimund.

Catalogus capitū Lib. I.

Caput primū. De corruptōis feruore erga ſubditos delinquentes & de multiplici dāno proueniēti tā p̄alatis q̄ ſubditis ex defectu correptionis.

Caput secundū. Quod ſcientia & ſapiētia principi ac p̄alato eft necessaria.

Caput tertīū. De affectiōe charitatiua p̄alatorū ad ſubditos & ecōuerſo. & de hoc q̄ neceſſe eft p̄alato ut diligat & timetur a ſubditis.

Caput quartū. Quod p̄alatus bono exēplo ſuo allicere debet ſubditos ſuos ad uirtutes.

Caput quintū. Quod p̄alatus quatuor circa ſe conſiderare debet.

Caput ſextū. De bono exēplo p̄alatorū & quātū culpa p̄alatorū nocet ſubditis.

Ca

**Caput septimum.** Quod prælatis accusandus & damnandus est pro delictis subditorum quos male regit.

### Capita Libri II.

**Caput primum.** De uitio propriæ uoluntatis.

**Caput secundum.** Quod propria uoluntas placet diabolo.

**Caput Tertium.** Quod propria uoluntas nocet proprio subiecto.

**Caput quartum.** Quod propria uoluntas nocet toti congregationi.

**Caput quintum.** De requisitis ad ueram & perfectam obedientiam.

**Caput sextum.** De fructibus obedientiae.

**Caput septimum.** De fructibus obedientiae iterum.

**Caput octauum.** Exhortatio ad obedientiam.

**Caput nonum.** Conclusio.

### Capita Libri III.

C

- Caput primum.** De officio sacerdotum  
per collationem eorum ad angelos.  
**Caput secundum.** Quod sacerdotes debet  
esse sine macula.  
**Caput tertium.** Quod ministri ecclesiæ  
debent esse casti.  
**Caput quartum.** Qualem oporteat esse sa-  
cerdotem.  
**Caput quintum.** De dignitate & excellen-  
tia sacerdotum.  
**Caput sextum.** De eodem.  
**Caput septimum.** De munditia sacerdo-  
tum qui portant uasa domini.

### Capita Libri IIII,

- Caput primū.** De uilitate atq; miseria am-  
itorum huius mundi.  
**Caput secundum.** De peccatis in cōmuni  
& quanta per peccata incurrimus spiri-  
tualia detimenta siue damna.  
**Caput tertium.** De pœnitentia cito fa-  
cienda.  
**Caput quartū.** De contemptu seu odio  
mundi.

**Caput quintū.** De falsa gloria mundi  
potentia & dignitate ac caducis eius dī-  
uitijs contemnendis.

**Caput sextū.** De morte semper & ubiq;ti  
menda & expectāda.

**Caput septimū.** De gaudijs paradisi & pœ-  
nis inferni.

capita Lib.V.

**Caput primū.** Speculū siue stimulus pœ-  
nitentiæ.

**Caput secundū.** De impedimentis pœni-  
tentiæ.

**Caput tertii.** De documentis pœnitentiæ.


**Caput quartū.** De emolumentis pœnitentiæ.


**Caput quintū.** De spe ueniæ.

**Caput sextū.** De examinatione cōscientiæ.

**Caput septimū.** Contra uoluptates carna-  
les.

**Speculū agnizatiis peccatoris.** Cap.





PRO OEV MIVM A.Y.

thoris.



VONIAM cōsulitur Prover. 3.  
aut præcipitur per sapientis  
simū Salomonē dicētē, deri-  
uentur fontes tui foras, &  
in plateis aquas tuas diuide,  
id est, scientiā tuā alijs cōmunicā. Comparatur  
autē sacra scriptura aquæ, quia mundat & lauat,  
iuxta illud Ioan. Iam uos mūdi estis, pppter ser-  
monē quē locutus sum uobis. Cuius causam assi-  
gnat dōctor ecclesiasticus, dicens: Sapientia ab iō  
dita et thesaurus innatus, quae utilitas in utrisq.;  
Quasi diceret, nulla. Nā ut dicit Seneca: Nul-  
lius boni sine sociō, iucūda est possessio. Et Boe-  
thus dicit: Incomparabilis thesaurus est sciētia, Seneca.  
quæ celata perit, distributa recipit incrementū. Eocētius.  
Vnde Chryostomus: Cor non præbēs membris  
spiritū, uelociter extinguit: fons si non genuerit  
aquas apud se ipsim puerescit. Māna quoq; i.er-  
mibus scater, si fuerit reseruatum: erogatum aut  
utiliuer, sit panis caelestis, et refectio angelorum.  
Scio nimirū, q; gratia obest, si alijs non prodest.

A Qui

## PRO O E M I V M

Qui autem donum dei in usum et utilitatem alienam communicat, plenus meretur habere quod habet: nam dabitur ei, et abundabit. Amore igitur illectus et tractus, quae ex paucis libris a primis motibus conuersionis meae perlectis rei*n*u*i*, sine inuidia omnium communico dilectionis tametsi sciam nonnullos ad detractionem faciles dicturos, q*u*o*d* securius quae scribo, lateret in finu*c*onscientiae meae, et prudenter inter silentij cardines clauderet. Sed audiant tales admonitionem statutorum ordinis Carthusiensis secunda parte.

ca. XVI. ubi si habet. Libros tamen semper in animarum cibum cautissime custodiri, et studiosissime uolumus fieri: ut quia ore non possumus, manibus uerbū dei prædicem. Quotquot enim libros scribimus, tot nobis ueritatis præcones facere uidemur, sperantes a domino mercedem pro omnibus, qui per eos uel ab errore correcti fuerint, uel in catholica ueritate profecerint: prædictis etiam qui de suis peccatis uel uitius compuniti, uel ad desiderium fuerint patricie cœlestis accessi. Dicit quoque beatus Gregorius: Qui in

occult

occulto silentio bene uiuunt, sed alieno prosectui Greg. homi  
exemplo luminis minime proficiunt, carbones lia, s. super  
Ezech. sunt: qui uero & exempla uitatum prærogant,  
& lumen boni operis per uitam & uerbum, seu  
scripturam multis demonstrant, iure lampades  
appellantur, quia & per ardorem desiderii sibi  
ardent, & per flammatum herbi aliis lucent, atq; &  
peccatorum cordibus erroris tenebras repellunt.  
Idcirco præ sens quinqupartitum speculum spiri-  
tu Iesu operante collegi.

Primum erit speculum prælatorum

Secundum speculum subditorum.

Tertium speculum sacerdotum:

Quartum speculum hominum mundanorum.

Quintum speculum, uel potius stimulus, pauci-  
tentiae:

Deniq; in sacra scriptura debet se unusq;-  
que studiose exercere, quia sicut dicit Hierony- Hierony.  
mus gloriosus super illud psalmistæ, Ut mitiges  
ea diebus malis, scientia & exercitatio & ope-  
ratio de scripturis mitigant nobis dies malos.  
Idem etiam ad Rusticum monachum: Scriban-

A ij tur

## PRO OLEMIVM

eur (inquit) libri, ut & manus operetur cibos, &  
anima letione satietur. In desiderijs enim est or-  
g. Martinus. mnis ociosus. Sanctus quoq; Martinus omnes di-  
scipulos & fratres monasterij suis scriptores fece-  
Juliani apo- scitata perti- rat. Julianus etiā apostata, ut in Polycratico scri-  
bax studiū. bitur. scriptores plurimū uenerabatur, cultores  
que scripturarū undiq; colligebat. Ipse quoq; nos-  
tibus uigilans conscribebat libros, quos in sena-  
tu publice recitabat. Et statuta ordinis Cartusi-  
en. ubi supra, dicunt: q; omnes pene quos suscipi-  
mus, si fieri potest, scribere docemus. Plato philo-  
Platonis ele- sophus etiam ait, q; od literae insipienti animo tā  
gans dictū. quā baculus infirmo corpori repertæ sunt. Et poe-  
ta laureatus libro primo de remedijs utriusq; for-  
tunæ dicit, q; nihil sanctius quam scribere libros  
ut posteris proficias, ut ingenium exerceas scribē-  
doq; alijs te doceas. Nihil autem est dulcius bene-  
impēsi tēporis memoria. Gr̄ecorum unus Origi-  
nus milia librorum cedidisse traditur. O tranqui-  
lum oculum. Hæc ille. De commendatione sa-  
crae scripturæ sic dicit Hugo lib. prim. de anima:  
Nihil in hac vita dulcius sentitur, nihil ita men-  
tem

tem ab amore mundi separat, nihil sic animam  
contra tentationes roboret, nihil ita hominem ex-  
citat & adiuuat ad omne opus & ad omnem la-  
borem, sicut studium sacre scripturæ. Propter  
hoc Hieronymus ad Demetriadem virginem sic  
scribit: Diuinas scripturas sœpius lege, uno nun-  
quā de manibus tuis sacra lectio deponatur. V-  
tere lectione diuina uice speculi, fœda corripiendo  
pulchra conseruando, et pulchriora faciendo. Scri-  
ptura enim speculum est, fœda ostendens & corri-  
gi docens. Ibi sentimus quantum proficimus,  
quantumue à profectu longe distamus. Idē Hiero-  
nymus in alia epistola: Sicut stellas cœli  
non extinguit nox: sic mentes fidelium inhæ-  
rentes firmamen oī sacre scripturæ non obscu-  
rat mœdiana iniquitas. Idem super epistolam ad  
Ephesios: Si quid nanque est quod in hac uita ui Lib. 1.  
rum sapientem teneat, & inter pressuras & tur-  
bines mundi æquo animo manere suadeat, illud  
esse primum reor: meditatiōrem & scientiam  
scripturarum. Et Origenes in Numeris, Homi-  
lia decimasexta: Nunquam est quando ani-

## PRO OLEMIVM

ma sc̄iētiae igniculo succensa ociari pos̄it & qui-  
escere: sed semper a bonis ad meliora, & iterum  
Seneca. ad superiora a melioribus prouocatur. Seneca:  
Vita hominis sine literis mors est, & uini homi-  
nis sepultura. Item Ambros. in libro de Cain &  
Abel: Cœlestium scripturarum alloquia diu tere-  
re ac polire debemus, toto animo ac corde uerfan-  
tes, ut succus ille spiritualis cibi, in omnes se ue-  
nas animæ diffundat. Sed qui prædictos sacræ  
scripturæ fructus carpere desiderat, oportet qđ  
in uitæ regulam lecti conuertat. Nā ut dicit poe-  
ta laureatus ubi supra, tunc est utilis notitia scri-  
pturarum, dum in actum transit, seq; ipsam ope-  
ribus approbat, non uerbis. Alioqui s̄æpe uerum  
deprehenditur quod scriptum est, scientiam infla-  
re. Et addidit idem dicens: Multa simul & gran-  
dia clare uelociterq; intelligere, ac eadem tenaci-  
ter meminisse, & ornate loqui ac artificiose scri-  
bere & pronunciare suauiter, hæc omnia nisi ad  
uitam referantur, quid sunt aliud, quam inanis  
instrumenta iactantia, inutilisque labor ac stre-  
pitus: Hæc ille. Et in Polycrat. libro octa-

HO, cap. nigesimoquinto: Noste bonum & non fa-  
cere, meritum damnationis est, non via beatitu-  
dinis. Porro ut ait uenerabilis Pe. Blcsen. Litera Epistol. 36.  
tus qui se lectione assidua non exercet, quasi do-  
mus deserta est, in qua iuxta uerbum Isaiæ pro-  
phetæ pilosi clamant, alter ad alterum, & dæmo-  
nes onocentauris occurrunt. Immundus enim spi-  
ritus domum uacantem inuenit, & frequenter ad  
habitandum in ea secum septem spiritus nequio-  
res adsumit. De fructu etiam scripturarum sic  
scribitur in Polycratico: Certum est, quia fidelis Lib. 7. cap. 1.  
lector & prudens & qui literis ex amore inuigi-  
lat, uitia semper excludit, & in omnibus accedit  
ad uitam. Hinc est illud doctoris doctorum Hie-  
ronymi: Ama scientiam scripturarum, & carnis  
uitia non amabis. Sacra siquidē scriptura rerum  
omnium continet disciplinam, & omnium mode-  
ratrix uniuersis humanae uitæ actibus, & uer-  
bis & cogitationibus, modum & terminum ipsæ  
constituit. Item in prologo eiusdem libri scribi-  
tur de laude scripturæ sicut: A uitiiis redimitur a  
numus, & suauis & mira quadam etiam in aduer-  
Lib. 7. cap. 13.

A iiiij sis

## PRO O E M I V M

Si iucunditate reficitur, cum ad legēdum uel seri  
bēdūn utilit, mēris intendit acumē. Nūlūm in  
rebus hūnīis iucundiorē aut utiliore occupatio  
nē innenies, n̄ si force diuinitus compuncta devo  
tio or̄ido diuīnis insīstat colloquījs: aut corde p  
charitatē dilatato deum mēte concipiāt, & ma  
gnalia eius apud se quālam meditationis manu  
perirāctet. Experto crede, quia omnia mundi dul  
cia in his collata exercitijs amare scunt. Verū dicē  
te domino, qui uersatur in turbis, turbatur erga  
plurimā, quo nihil studijs aut bonis moribus exer  
cendis pernicioſius est. Si enim studium, ut Cice  
roni placet, est uehemēs animi applicatio id ali  
quid agēdum magnacum uolūtate, profecto mēs  
que turbatur, ad plura distrahitur: nequaquam in  
uirtutis opere fideliter occupatur. Denique  
armatura spiritus aduersus hostē suum, scilicet  
carnē, est acra scriptura. Unde Oriz. in Leuit.  
Non audistis ex diuinis scripturis, q̄a certamen  
est inter homines, carni aduersus spiritū, & spi  
ritui aduersus carnē. Et nescitis, q̄a si carnē nu  
triat̄, & ipsam frequēti mollicie, ac iuḡi deliti  
arunis

Studiū quid  
Ciceroni di  
catur.

trum fluxu foueat is, insolensit necessario aduersus spiritū, et fortior illo efficitur. Quod si fiat, sine dubio eū in dictione suā redactū, suis coget uīcīis ac legibus obedire. Si uero ad ecclesiā frēquēter uenias, aurē literis diuinis admoueas, ex parte nationē mandatorū cœlestiū capias, sicut cibis & deliciis caro, ita spiritus uerbis diuinis, & ualescit ac sensibus: & robustior effectus, carnē sibi parere cogit, ac suis legibus obsequi. Nutrimenta igitur spiritus sunt, diuina lectio, orationes assidue, sermo doctrinæ: His alitur cibis, his convalescit, his uictor efficitur. Quod quia non facitis, nolite cōqueri de infirmitate carnis. Nolite dicere quia uolumus: sed non possumus: uolumus continenter uiuere, sed carnis fragilitate decipimur & impugnamur stimulus eius. Tu das stimulos carni tuę tu eam aduersus spiritum tuum armas & potentem facis, cum eam carnibus satias & uino inundas, omni mollicie palpas, & ad illecebras nuntias.

Proemij finis.



*Libellus Emptori.*

*Indoctum docto populum sermone guberno,  
Atq; ouibus pastor pabula læta paro.*

*Liber ad seipsum.*

*Liber, indoctas aures contemne:putato  
Auribus indoctis displicuisse, bonum,*

# SPECV:

LORVM STATVS VI

tæ humanæ. Liber I.

De Prælatis.

De correptione & feruore erga subditos delinquentes, ac de multiplici dāno proueniēti tam prælatis quam subditis ex defectu coreptionis.

C A P. I.

**S**CRIBT VR VS per modicum ad Sapient. 18.  
meūpsius, imo omnium prælatorū  
salutarem instructionem, accipio mihi  
loco thematis illud quod scribitur in libro Sapientiæ: Ardentem co-  
lumnā ducem habuerunt. In quibus  
uerbis status boni prælati penes quatuor conditions  
describitur. Dcbet enim bonus prælatus primo habe  
re zelum feruoris & sanctæ correptionis. Secundo  
statum uigoris & supportationis. Tertio locū amo-  
ris & communicationis. Quarto locum præcessoris  
& informatoris. Primo ergo dcbet bonus prælatus  
habere zelum feruoris & sanctæ correptionis ut sit ar-  
dens per industriam, non tepidus per ignauiam, non  
fumigans per uanam gloriam, non extinctus per infa-  
miam. Ardentem, inquit. In cuius figura dicitur de  
Helia: Surrexit Helias quasi ignis, & uerbum illius qua  
si facula ardebat. Sed isti igni adiungitur quandoque  
sulphur, & quandoque thus. Quando thus miscetur  
cum igne, tota domus in qua sit hoc, suauiter redolet:  
quando

Quatuor conditiones  
boni plati

Eccl. 10.

## SPECULVM

quando uero sulphur adiungitur, ignis uehemeter se  
 ceditur & rota domus fœtore repletur. Harū rerum  
 aliqua adducemus exempla insignia, & deinde res  
 propositas applicabimus. David rex, cœli mundique  
 rectori, templum in quo adoleretur et incensum ædi-  
 ficare uolens, eius laudauit propositum, sed per filium  
 eius Salomonem hoc adimpleri uoluit dominus, qui  
 templum extruxit magnificientissimum, in quo ado-  
 leuit suave fragrans thus miscens igni. At post obitum  
 eius diu sa populo Israelitico in duo regna, omnes  
 reges Israel usque in captiuitatem Babyloniam, relieto dei  
 templo, idolis sacrificauerunt, igni sulphur miscen-  
 tes, e quo sulphure decem tribus Israel ad idololatriam  
 declinauerunt, gubernatorisq; uniuersorum præce-  
 pta & mandata contemplerunt. Nec hoc suffecit, immo  
 reges donus Iuda, præcipue Manasses, relieto dei  
 templo idolis sulphur igni miscentes, sacrifica-  
 uerunt, qui scilicet Manasses rex ad tantum deuenit im-  
 pietatis, ut destructis domini altari bus omni militiæ  
 cœli aras constueret, in quibus sulphureum adolebat  
 incensum. Verū aliqui reges domus Iuda, præcipue so-  
 sias rex sacrificia ignitathure perfudit, quando idolo-  
 latriæ igne extinco omnia idolora phana destruxit.  
 Dominique dei altari bus extractis, ipsi adoleuit in-  
 censum thuriferum ac benefragrarem. Non igitur  
 mirū uideatur, si quam plurimi hodie inueniatur pre-  
 lati igni sulphur miscentes, quandoquidem solus Da-  
 uid rex deo obtulit sacrificia in quibus semper igni  
 thus miscebatur: Salomon uero rex ob mudi huius de-  
 litias uxorib; et cœcubinis suis tādē phana in quib;  
 igni sulphur immiscuerat edificauit. Et hi reges Iuda  
 qui igni sulphur nō miscuerunt: Asa, Josaphat, Ozias,  
 Joatham, Ezechias, Iosias. Cæteri uero reges peccatis  
 magnis

magnis populum scandalizaverunt. Quando igitur  
thus misertur cum igne, tota domus, &c. Et si modi  
do moraliter loquendo, est de praelato nō funquam.  
Contingit enim quandoq; quod pralatus laterales cō-  
filiarios sibi adsumit, peticiones fulguratas incenden-  
tes per malitiam & scotieres per iniuriam. Et quando  
sic est, tota domus repletur abominatione & scotore.  
Quando uero contingit, quod pralatus consilios  
& collaterales sibi facit de sanctis personis, deuotis &  
honestae famae, tunc nulli dubium, quin domus tota  
replicatur dulcedine dilectionis & suavitate pacis, que  
per thus significatur. Et tunc uerificatur de tali prala-  
to illud Ecclesiastici: Quasi ignis fulgens, & quasi  
thus ardens in igne. Et ideo qualis conditionis debe  
at esse, a quo pralatum consilium cōuenit petere, pul-  
chre & eleganter describit Ambrosius de officiis: Ad-  
uertendum (inquit Ambrosius) quod in inquirēdis cō Lib. 2.  
filii primum se adiungat uitæ probitas, uirtutum præ-  
rogatiua, bencuolentia usus, facultas gratiae. Quis e-  
nīm in cœno fontem requirat? quis de aqua turbida  
potum petat? Itaq; ubi luxuria est, ibi intemperantia  
uitiorum cōsusio. Quis inde sibi aliquid hauriendum  
existimet? quis utilem iudicet? quis non despiciet mo-  
rum colluisionem causæ alienæ, quem uidet inutilem  
uitæ suæ? Quomodo eum potero iudicare consilio su-  
periorem, quem videro moribus inferiorem? Supra  
me debet esse, cui me committere paro. Quemodo eū  
idoneum purabo qui mihi det consilium, qui non de-  
dit sibi, & mihi eum uacare credam qui non uacet sibi,  
cu us animum uoluptates occupant, libido deuin-  
ct, auaritia demergit, cupiditas perturbat? Hæc Am-  
brosius. Hi uero, qui ab ipsis politiæ, tam ciuilis qua-  
ecclasticae rectoribus, in partem sollicitudinis pro-  
pree

Ecclesi. 48.

## S P E C V L V M

pter curarum relevamen assumuntur, sunt uelut super  
cilia ipsorum præsidentium, qui oculorum officium  
gestat. Sicut enim super cilia proteguntur oculi à quo  
**Simile.** cunq; imputris pulueris illapsu, uel à uentorum tur  
bine, & uniuersaliter à qualibet alia aduentitia occa  
sione, quæ possit acumen eorum obtundere: ita & fide  
les officiales, ut sunt in ordine Charthusiæ, uicarii &  
procuratores, suos priores ab omni hostili iaculo, ab  
opprobriis detrahentium & murmuratorum prote  
gunt, & contra cuncta pericula munimenta offerunt,  
& animam suam ponunt pro illorum reverentia, ne ho  
nor aut obediëtia ipsorum in aliquo minatur: & ne  
aliquis subditorum contra eorum bonam famam gd  
molijatur. Prælatos uero oculorum officium pari  
ter & imaginem seruare dixi, qui in fronte in eminen  
tiori parte corporis locati sunt, ut possint corporis pe  
ricula priusquam imminicant præuidere, omnis in iu  
per hostilis aduersitatis accessum nunciare, iuxta il  
lud Ezechielis: Speculatorum dedi te domui Israel. Nā  
sicut speculatoris est de loco editiore prospicere, plus  
omnibus contemplari: ita prælatus scientiæ sublimi  
tate & metalli uigilie & celsior debet esse cunctis, qua pos  
sit sub se uiuentes instruere, & iter eis ueritatis ostendere,  
ut dicit Prosper: Est igitur ut ad propositum re  
**Prosper.** deam, prælatus, quasi ignis ardēs per syncerum zelū.  
Nam prælati negligentes in correctione, adsimilantur secundum Isidorum dormienti, de cuius manu ca  
dit baculus pastoralis, & pictores pingunt tales qua  
si accubantem in cathedra super cubitum somno gra  
uatum, & cadentem de manu eius baculum pastora  
lem. Et sic bene assimilant. Ex dormitione enim neglig  
entiæ uirgam correctionis amittunt. Et ideo ad eu  
gilandum eos dicitur eis in persona summi prælati:  
Simon

## PRAELATORVM.

fol. 8.

Simon dormis Et illud Zachariæ. O pastor & idoli,  
 derelinquens gregem. Præterea isti sunt, qui nunq<sup>u</sup><sub>Matt. 14,</sub>  
 utuntur irascibili potentia in bonum, non irascentes <sub>Zachæ. 12</sub>  
 contra delicta, sed omnia cum quadam fulta patien-  
 tia quasi insensibiles sustinentes. Cōtra quos dicit Per-  
 hædus: Nō irasci ubi irascendū est, peccatū est. Et Be-  
 nedictus in regula: Non dissimulet abbas peccata de-  
 linquentium, sed mox ut oriri cōperint, radicitus ea  
 ut praualet, amputet. Et notandum quod ex negligē-  
 tia corrigeri multa mala sequuntur, quorum quæ-  
 dam redundant in prælatum, quedam in delinuen-  
 tem. Sunt autem tria mala quæ redundant in præ-  
 latum. Primum est cōfusio. Sicut enim honor est pa-  
 tri habere bonos filios: ita redit in confusionem suam  
 malitia filiorum. Vnde Ecclesiasticus: Confusio est pa-  
 tris de filio indisciplinato. Secundū est cōspa. Trans-  
 eunt enim in prælatum culpæ subditorum, quas nō  
 corrigit. Origenes super Exodum: Ut video Ietro nō  
 frustra uenit ad Moysen, nec frustra manducauit pa-  
 nem cum senioribus populi in conspectu domini. Dat  
 enim consilium Moysi probabile satis & utile, ut eli-  
 git uiros & cōstituat principes populi uiros deum co-  
 lentes, uiros potentes & odientes superbiam. Tales e-  
 nam oportet esse principes populi, qui non solum su-  
 perbi non sint, sed et qui oderint superbiam. Idem: Ve-  
 non solum ipsi absq<sup>ue</sup> uitio sint, sed & in alijs oderine  
 uitia. Non homines dico odiſſe, sed uitia. Gregor. in  
Pastorali: Si rector minus contra culpas accendatur,  
 culparum omnium ipse reus tenetur. Huius autem ex-  
 emplum manifestum est in medico. Certum est enim,  
 quod reus est mortis infirmi suscepti in cura, nisi faciat  
 quod in se est de infirmo curando. Aliud exēplum  
 ponitur in glosa super Numer. de pedagogo, cui cul-  
 pa

Bernar.  
Bened.

Homil. 215

Eccle. 12. 23

S P E C V L U M

Numer. 25. pa<sup>t</sup>tribuitur: si puer suæ instruccióni commissus, n<sup>o</sup>  
nus disciplinatus ex sua negligētia inueniatur. Aliud  
exemplum point. Ben. dicitus in regula dispensatore,  
dicens: Sciat abbas vulpæ pastoris incubere, quidquid  
pater familiæ in oīibus minus utilitatis poterit inue-  
nire. Erideret debet pralatus dare operam diligentem  
circa subditos, ut cebū fructū in operibus bonis red-

Gen. 31. dant, exemplo illius boni pastoris qui dicit: Oves tuæ  
& capræ tuæ steriles non fuerunt. Vt multis prælatis,  
qui hoc nō cogitant. Sicut recit Augustinus, qui dixit:  
Quid faciam, cum exigeret a me ratio tot animalium,  
qua<sup>t</sup>p<sup>o</sup> pendent ad collum n<sup>o</sup>rum? Tertium est pena ter-  
poralis: Puniantur enim non solum in futuro, sed etiā  
am in præsenti prælati negligētes. Hinc est: quod præ-  
mi regum terro dixit dominus: Eo quod nouerit He-  
li indigne agere filios suos & non corripuit eos, idcirco  
iuraui domui Heli, quod non expietur iniquitas  
domus eius victimis & maneribus in æternum. Nisi  
inuenimus uel scriptū legimus excessum Heli in pro-  
pria persona, non e<sup>s</sup>us luxuriam, non gastrimargiam  
uel auaritiam. Si enim talis esset, non solū de filiis eius,  
sed de ipso dominus conquereretur. Errat mē quia zelo  
caruit & negligens atq<sup>e</sup> remissus fuit, cum filii suis in  
terris iudicio diuino percussus, eo quod iniquitatem  
filiorum sustinuit, iuxta illud: Job. Si sustinuero, infer-  
rus domus mea est. Vnde & Grego Nazanenus, ma-  
gister Hieron<sup>m</sup> gloriōsi in Apologetico sic dicit: Heli  
sacerdos p<sup>o</sup> filiorū inquirare damnatur, quod eos dī-  
uina sacrificia temerates, min<sup>o</sup> se uera animaduersio-  
ne plectebat. Misericordia mea. Et quidam coercuit, & qui  
dem corripuit, sed lenitatem et mansuetudine patris, nō  
seuerit atq<sup>e</sup> & authoritate pontificis. Est autē p<sup>o</sup> alarum  
nisi quequam inutilis apud quem disciplina non uiget.

Iob. 23.

GREGO. NA-  
ZAN.

H<sup>o</sup>.

P R A E L A T O R V M      Fol. 9.

Hoc idem legimus in Numer. de duodecim principi- Num. 22.  
 bus filiorum Israel, quos dominus præcepit suspendi  
 in patibulis contra solem, eo quod filios Israel forni-  
 cari cum filiabus Madian permisérunt, uel negligen-  
 ter corripuerunt. Contra solem principes suspendun-  
 tur, ut arguantur à luce, quia prælati non soñi pro su-  
 i peccatis arguentur à sole iustitia, sed etiam pro pec-  
 cans subditorum si fuerint negligentes. Si autem di-  
 ues in inferno de fratribus suis sollicitus fuit, ne ueni-  
 ret ad locum tormentorum, peiores sunt eo qui de per-  
 ditioне animarum non curant. Vnde ubi dicit in Ex- Exod. 32.  
 odo. Qui uir dei est, accingatur mecum, dicit exposi-  
 tor Virum dei se negat, qui uitam carnalium quantū  
 sufficit, arguere recusat. Et super illud quod in eodem  
 capite dicitur: Consecrasti hodie manus uestras deo,  
 dicit expositor. Si consagratio est sumere vindictam de  
 peccato, profecto uitia sine increpatione uel ultione  
 transire, est execratio, quia facilitas uenit incentive  
 p̄abet delinquerdi. Gregori. in registro: Studeamus  
 cor nostrum terrenorum pastorum imitatione succē- Gregorius.  
 dere, qui hyemales noctes imbris, geluq; ducit per-  
 vigiles: ne uel una ouis & non forte utilis pereat. Quā  
 et si insidiat or ore uoraci morderit, quomodo sara-  
 gunt, quibus cordis anhelat testibus, in quas uoces ut-  
 eruant captum pecus angustia stimulante profluiunt,  
 hea gregis domino quidquid per incuriam perdide-  
 runt, exigatur. Vigilemus igitur, ne quid pereat: & si  
 captum forte quid fuerit, uocibus diuinorum eloqui-  
 orum ad gregem dominicum reducamus, ut ille qui  
 pastor pastorum est, uigilasse nos circa ouile suū suo  
 dignetur misericors iudicio cōprobare. Quot enim  
 fructus domino multiplicati gregis ostendemus, si &  
 ipsum quem pascendum suscepimus, ociosa mete cer-

# S P E C U L V M

*Parte q̄ pede dicitur  
Dam. Aliquod  
p. 291*

nimis à bestia devorari. Sunt quoq; alia tria mala, quæ redundant in damnum delinquentis. Primitus est excæcatio, credic enim interdum delinquens, cum non corrigitur, illud quod fecit, non esse malum, uel non esse tantum malum. Ideo dicit Grego. in Pastorali: Nonnulla vehementer increpanda sunt, ut dum culpa ab actore non cognoscitur, quanti ponderis sit, ab increpantibus ore sentiantur. Et ideo bene dicitur in Proverbis: Virga & correctio tribuit sapientiam. Secundum est delicti multiplicatio. Delictum enim quod non corrigitur, facilius multiplicatur. Vnde Bernardus: Impunitas est insolentia mater, radix impudentiae, transgressionum nutrix. Et ideo quoniam cito non fertur contra malos sententia, idcirco absque timore ulli filii hominum perpetrant mala. Tertium est finalis perditio. Qui enim non corriguntur, faciliter delecta continuant, & ideo finaliter perduntur: sicut p-

3. Reg. 1. tet de Adonia, dicente: Ego regnabo, quem parer nos Eccl. 41. corripuit aliquando, & ideo finaliter est imperfectus. E ideo dicit Ecclesiasticus: De patre impi queruntur filii, quoniam propter ipsum sunt in opprobrium.

Dicitur de quodam iuuene, quod cum propter delicta sua duceretur ad patibulum, & a patre eum sequente, peteret osculum, in fine arripiens cum detibus nam sum eius abscidit, & dixit, quod hoc fecit, quia propter eius culpam, qui nunquam eum correxerat ab infantia, uenerat in opprobrium. Dicit Apostolus ad Hebreos: Si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt oes filii dei. Qui ergo subditos suos relinquunt sine disciplina, de filiis dei facit filios diaboli, siue belial: qd dicitur absq; iugo. Contra quos dicit Apostol. ad Ephes. 3. Educate filios vestros in disciplina & correctione domini. Solon philosophus unus de septem sapientibus Gregorius

P R A E L A T O R V M      Fol. 10.

*tis interrogatus, qualis debet esse populi rector, ait  
Populi rector prius se q[uod] populi rectificare debet. Alio  
quin erit uelut is qui umbrā curuā rectificare conatur  
priusq[ue] uirga curua umbrā faciens recta fiat. Socrates  
philos. Atheniensis: Qui in alios potestate exeret, prius  
cōsciētiā purgare debet, ut qui delicta corrigit nō ad-  
mittat, uiterq[ue] quod vindicat. Stultum est ast ut uelit  
quis imperare alijs, cum sibi p[ro]p[ri]i imperare non possit.  
Plato philosophus: Qui suam animā, quz una est, gu-  
bernare nō potest: quomodo multorum hominū gu-  
bernator erit? Tullius: Cum inferiore uiuas, quemad-  
modum superiorem tecū uelis uiuere. Idē dicit Greg.  
in registro ad Ioannem episcopum Syracusanū. Tales  
erga subiectos nostros debemus existere, quales nobis  
si subiecti fuissimus, nostros uolueramus esse p[ro]p[ri]os.  
Cylon philosophus: Oportet principem & domī  
natorem mansuetum esse, ut proximi magis reuereantur,  
quam timeant.*

*Quod scientia & sapientia principi  
pi ac praelato est neces-  
saria.*

C A P .      II.

**S**ECUNDO prælatus debet habere statim uili-  
goris & supp[ort]ationis, ut sit columnā fortiter  
supp[ort]ans regiminis sui onus. Vnde Hieremias: De-  
di te hodie in ciuitatem munitam, & in columnā fer-  
ream, & in murum æneum super omnē terram. Quā-  
diu enim columnā est recta, fortiter supp[ort]at onus  
suppositum: sed quam cito incipit curuari ad unā par-  
tem

## S P E C V L V M

rem uel ad aliam, statim fabrica rotा cadit: Ita est in  
 raliter, quamdiu praeſatus seruat reſtitudinem & iu-  
 ſtiā, ſi quens iura & bonam conſientiam, merito  
 rie ſupportat & exequitur cauſam ſuam: quando uero  
 declinat ad latuſ prepter aſſectionem uel offenſam  
 non reprimendo, defecuſos & non fouendo bonos,  
 tunc fabrica rotа cadit. In cuius figura legimus quod  
 Samſon ducis concutendo columnas, quibus tota in-  
 terebatur domus, domum proſtrauit, & ſcipſum et o-  
 mnes qui in ea erant occidit. Hic modo moraliter lo-  
 quendo, eſt de diabolo. Aſſectat enim aliquādo unam  
 congregationem deuotorum ſubuertere, & eos ſpiri-  
 tualiter occidere, hoc eſt, ab eis charitatem, quae eſt uia  
 ſpiritualis, auferre: & ut illud faciat, breuiorem ui-  
 am non habet, niſi columnas illius congregationis co-  
 cutere & allidere per turbationes & cōmotions. Vn-  
 Job. 9. Qui commouet terram de loco ſuo, & colum-  
 ne eius concutientur. Legimus in hiftoriis ſcholasticis  
 ſuper Genesim, quod Cham filius Noe, ſep̄tem artes libe-  
 rales in quatuordecim columnis deſcripsit, quarū ſep̄tem erant area & ſep̄tem laterē, ut contra dilu-  
 uiū ignis & aquæ imperpetuum permānerent: in fi-  
 guram, quod in prælatiſ qui columnæ dicuntur, ſuf-  
 ficientia de eſe ſcientia non debet: & ideo ſapienſia di-  
 citur excidiſſe columnas ſep̄tem. Proverbiorum pri-  
 mo: qui anili prælati ecclesiæ ſapiētia & ſcientia ſacrae  
 ſcripturæ fuerint informati, ecclesiæ fabrica rotă ru-  
 it. Et ideo ſignanter dicitur Agg. 1. 2. Interrogat ſacer-  
 dotes legem. Super quo eicit Hieronymus: Conſidera ſacerdotum eſe officium de legge interroga tos reſpon-  
 dere. Si ſacerdos eſt, ſciat legem domini: ſi ignoret le-  
 gem domini, ipſe ſe arguet, nō eſe ſacerdoteum domi-  
 ni. Gregorius quoq; Nazanensis, in apologetico ſuo dī-  
ciiij

PRAE LATORVM Fol. ii.

cit: Quamvis per difficile sit scire regi, hoc est, regenti Gregor. Na  
se obtemperare, multo difficultius est scire alios regere.  
Reuera enim hominem regere, mihi uidetur ars  
artium & disciplina disciplinarum: quia certe homo  
est inter omnes animantes, & moribus uarius, & mo  
ribus diuersus. Vnde & Salomon à domino commen  
datur, eo quod ab ipso inuitatus, ut quod uellet pere  
ret, præ omnibus sapientiam ad gubernacula populi  
petit, eamque diuitiis & honoribus prætulit. Ioannes  
episcopus Sarcsbriensis in suo polycratico libro quar  
to, cap. 7. de isto sic dicit: Audi quam legem imponat  
principibus & prælatis rex magnus super omnem ter  
ram, terribilis & qui aufert spiritum principum. Po  
stq (inquit) sederit rex in solio regni sui, describet sibi  
Deuteronomium legis huius in uolumine, accipiens  
exemplar a sacerdotibus leuiticæ tribus, & habebit se  
cum, legetq omnibus diebus uitæ suæ, ut discat time  
re dominum deum suum, & custodire uerba & cere  
monias eius, quæ in lege pcepta sunt. Ecce, quia prin  
ceps non debet esse iuris ignarus: & licet multis pri  
uilegiis gaudeat, nec militia prætextu legem domini p  
mittitur ignorare. Habebit ergo, inquit, secum legem  
prouidens ne ad damnationem suam cum eam habe  
re necesse sit, habeat contrase. Potentes enim poten  
ter tormenta patientur. Et adiecit. Legetq illud, legē  
siquidem habere in mantica parum prodest, nisi fide  
liter custodiatur in anima. Legenda est ergo omnibus  
diebus uitæ suæ. Ex quibus liquido constat, quam ne  
cessaria sit principibus & prælatis peritia literarum,  
qui legē domini quotidie reuoluere lectione iubētur.  
Et forte, quod sacerdotes legem quotidie legere iube  
antur, non frequenter inuenies: princeps uero siue præ  
latus quotidie leget & omnibus diebus uitæ suæ, quia

## S P E C V L V M

Epist. regis qua die non legerit legem, ei non dies uita sed mortis  
Rom. ad re- est. Hoc utiq; sine difficultate illiteratus non faciet. Vn  
gem Franco de & literis, quas regē Romanorū ad Francorū trans  
corum. misisse recolo, quibus hortabatur ut liberos suos libe  
ralibus disciplinis institui procuraret, hoc inter cete  
ra eleganter adiecit, quia rex illiteratus est quasi assi  
mus coronatus. Si tamen ex dispensatione ob egregiæ  
virtutis meritum principem contingat esse illitera  
tum, eundem agi literatorū consilijs, ut ei res recte pro  
cedat, necesse est. Adsistant ergo ei Nathan propheta  
& Sadoch sacerdos & fideles filii prophetarum, qui  
eum à lege domini diuertere non patientur, & quam  
ipse oculis animo non ostendit, linguis suis introdu  
gant, quasi quodam aurum ostio literati. Legat ita  
que mens principis in lingua sacerdotis, & quidquid  
agregium uidet in moribus, quasi legem dei uenere  
tur. Nam uita & lingua sacerdotum, quasi quidam  
liber est uita in facie populorum. Nec expers omnino  
lectionis, qui & si ipse non legit, quæ leguntur ab  
altis fideliter audit. Exeat epistola Philippi Macedo  
nis destinata Aristoteli nuper nati Alexandri (ut spe  
rabatur) magistro. Philippus Aristoteli salutem di  
cit: Filium mihi genitum scito, quo equidem dñs ha  
beo gratiam, non proinde quia natus est, sed quia  
eum nasci contigit temporibus uitæ tuz. Spero ete  
nim fore, ut educatus eruditusque à te, dignus existat  
& nobis, & rerum istarum susceptione. Socrates  
tunc demum respuplicas fore beatas adseruit, si eas  
philosophi regerent, aut rectores earum studere sa  
cientiae contigisset. Romanos imperato  
res aut duces, dum eorum respu  
blica uiguit, illiteratos exti  
lige non incimini.

PRÆLATORVM FOL. 12.

De affectione charitatiua prælatorum ad subditos,  
et econuerso: et de hoc quod necesse est præ  
lato ut diligatur et timeatur a subditis.

CAP. III.

**T**ERTIO debet prælatus habere locum amo-  
ris & communicationis, ut per benevolentiam  
& affectionem bonam subditos habeat, & a subditis  
habeatur. Et hoc notatur, cum dicitur, habuerunt De-  
bet enim prælatus haberi ab omnibus, & non a quibus-  
dam tantum & a quibusdam non: sed omnibus & sin-  
gulis debet esse communis. Vnde in laudem Traiani  
Imperatoris dicitur, quod arguentibus eum familia-  
ribus de communicatione nimia, eo quod ad subdi-  
tos nimis erat affabilis, ultra id quod imperatoriam  
decet dignitatem, respondit talem se uelle esse impe-  
ratorem priuatis, quem sibi esse imperatorem priua-  
ti oprassent: sicut dicit Eutropius Romanę historię li-  
bro octauo. Et sic etiam Iulius Cæsar amorem suorum  
militum meruit, quia eos non milites, sed potius cōmi-  
litones nominauit. sicut de eo narrat Euetonius libro  
primo. Et Vegetius de re militari libro tertio, cap. de  
cimooctauo docet, quod in exercitu bene ordinato  
tres debent esse duces. Primus, secundus, tertius. Pri-  
mus autem qui præcipuam sustinet potestiam, debet  
esse in parte dextra inter equites & pedites, ut consi-  
lio regere, & autoritate tam equites quam pedites ad  
pugnam possit hortari. Moraliter loquendo: sic præ-  
latus cōmuni persona debet esse, ut maioribus & mi-  
noribus sua benevolentia & equitatem ostendat, non  
semper cum equitibus proprium requirat honorem,

Laus Traiani  
imperatoris

## S P E C U L V M

nec semper cum peditibus subiectionis nimiae negligenti corpore torpescat. Sic enim Christus in familiâ, hoc est, inter Apostolos, se habebat. Nam aliquando se exhibebat superiorem, ubi aiebat: Vos uocatis me magister & dominus, & bene dicitis. Sum etenim. Aliquando uero se exhibebat inferiorem, iuxta illud. Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministerat. Aliquam sequalem, ut cum dicere: Iam non dicam uos fruos, sed amicos meos. Amicitia enim æqualitatem requirit, prout docet philosophus. 7. ethicorum, cap. 6. Eo dem modo aliquando prælatus inter suos subditos debet esse major, quantum ad iniuritatis correctionem, iuxta illud ad Tit. Argue cum omni imperio. Minor quatum ad humilitatis reputationem, iuxta illud pri  
ma Thessalo. Facti sumus parvuli in medio uestrum. Aequalis, quantum ad amicabilem conuersationem, iuxta illud Ecclesiastici: Rectorem te posuerunt fratres tui, noli extolli; esto inter illos quasi unus ex illis. Dicit Aristoteles. 13. de animalibus, quod cor est commune principium, a quo omnia membra uitam & principium recipiunt, declinans in homine magis ad sinistram partem, quam ad dextram. Isto modo prælatus est cor in corpore Christi mystico, a quo omnes subditi recipere debent uitutem & consolationem et influentiam sui motus. Debet tamen ad infirmiores compatiendo fauorabili ter declinare. Vnde Bernardus: Sciens fideles præpositi animarum languentium curam sibi traditam. Cumque interdum cuiusquam murmur querulæ uocis deprehendunt, & si in ipsis usq; ad concilia proruperint, medicos se non dominos cognoscentes, parent confessim contra animæ phrenesim non vindictam, sed medicinam. Natura iterum docuit omnia animalia, quod maiorem curam habet de fortibus ad-

huc

Ioan. 13.  
Luc. 12.  
Ioan. 14.

Tit. 2.  
1. Thess. 5.  
Ecccl. 320

P R A E L A T O R V M      Fol. 15.

huc debilibus, quam quando facti sunt fortes. Contra ergo sunt natura' prælati ad infirmos crudelis.

Item prælatus potius adsumitur ad onus quam ad honorē, non propter bonos & perfectos, sed propter minus bonos. Et ideo illos subditos, qui propter alii non honos, quam infirmitatem metis uel corporis sunt onerosi, sed onus.

nō debet preiudicere, sed potius humeros supponere ad portandum. Bernard: Quid causaris aliquorum quī tecum sunt magis grauari coniortio quam frui solatio, cum solus omnibus datus sis solarium tanq' omniū sanior omnium fortior: Quotiens ergo de ruis in ueneris tristies, pusillanimes & querulosos, ipsorum patrem te cognoscens & abbatem, consolando, exhortando, increpando age opus tuum, & portando sanes quos seruando portas. Tales enim suscipiēdi sunt inter brachia patientiæ, uisint materia ad merendum. Vnde & Grego lib. secundo super Ezechielē. Hoinilia nona: Bonus ille discipulus, qui magis illū tollere in aere uidebat, per magnum charitatis affectum clamabat, dicens. Pater mihi, pater mihi, currus Israēl & auriga eius. Quid est fratres charissimi, quod Helias currus Israēl & auriga dicitur, nisi quia auriga agitat & currus portat? Prælatus ergo qui mores populi & per patientiam sustinet, & sacri eloquij uerba docet, & currus dicitur & auriga. Currus, quia tolerando portat auriga, quia exhortando agitat. Currus, quia mala sustinet auriga, quia populū bonis admonitionibus exercet. Preterea sciendum, quod prælato necessarium est, ut timeatur & ametur, sed secundum est melius. Ideo dicitur Augustinus in regula: quod quamvis utrumque prælato ne sit appetendum scilicet timeri & amari, tamen secundum cessarium ut dum plus. Est autem necessarium prælato ut timeatur, timeatur, iu& hoc propter subditorum utilitatē. Sunt enim multi xia ac animi.

## S P E C V L V M

illorum frequenter qui magis timore quam amore inducuntur ad bonum . Augustinus : Sicut meliores , quos amor dirigit: ita plures sunt , quos timor corrigit . Item propter status sui exigentiam . Indecens enim est & inconueniens , quod aliquis praesit aliquibus , & non timeatur ab eis . Et ideo dominus qui dedit homini dominium super animalia , misit cum hoc timorem ipsis super ea . Genesis nono : Terror uester & tremor sis super cuncta animalia terrae . Item propter dei honorem . Non enim est ad honorem regis sed confusione , cum eius baculus non timetur . Et ideo dicitur praelatis , Luce . 4 . Qui uos spernit me spernit .

*Tria faciunt  
praelatum es  
te timari.*

Sunt autem tria que ualent ad hoc , ut praelatus timeatur . Primum est morum grauitas . Sicut enim quando conformat se quotidianis leuitatibus multitudinis , sit ex hoc contemptibilis praelatus : sic grauitas facit eum haberi in timore reverentiali . Propter hoc dicit Iob tricesimo . Videbant me iuvenes & abscondebantur . Secundum est usus autoritatis . Sunt enim quidam qui nunquam prodeant ad opus aliquod virile ex autoritate quam habent , & ideo non timentur , sicut statuta que nunquam aliquid faciunt , processu temporis non timentur ab aliis . Et ideo dicitur ad Titum . 2 . Argue cum omni imperio , nemo te contemnat . Quasi diceret : Ideo fac hoc imperiose , ne uertaris in contemptu . Tertium est rigor iustitiae , cum uidelicet talis est quo dominus creditur , quod aliquo modo a iustitia fieri etatur . Et ideo dicitur de Herode . Herodes metuebat Ioannem , sciens eum virum iustum & sanctum . Iterum secundum quod dictum est , licet sit necessarium praelato & timeatur , tamen magis est ei curandum de amore subditorum : & hoc multis de causis . Quarum aliae sunt ex parte subditorum , aliae ex parte praelati . Quod sic patet : Il-

*Marc . 6 .*

*Cum dicitur plaus  
ante .*

PRAE LATORVM Fol. 14.

Iudicium quod imponitur amari, licet difficile sit, tamen sit facilius quam quod imponitur timere. Vnde autoritas: Amari nihil est difficile. Item quod sit a tali, qui a sit hilarius, & non cum tristitia sicut quod sit ex timore, acceptum est deo. 1. ad Corinth. 9. Non ex tristitia vel necessitate, hilare enim dator diligit deum. Ita timoris est sumere, diligenter vero adhaerere, & ideo ubi subditi timores fugiunt interdum ipsi diligentes adherent prelatori infatigabiliter: sicut Lucas Paulus secundum Hieronym. Et ideo dicitur ad Coloss. charitas vinculum per Coloss. 3. affectionis, id est, vinculum perfectum. Item praefati indulgent portari in multis, hoc autem facit amor. Augustinus. Tantum quisque portat, quantum amat. Item indulgentiuuari in multis, hoc autem facit dilectio. Amici enim est iuuare amicum, & pro adiutorio solet ut Iob. 19. nus ad alterum recurrere. Vnde illud Iob: Misericordia mei, misericordia mei saltem uos amici mei, scilicet ad iuuandum. Item frequenter a subditis molestatur, sed dilectio non solum hoc facere, quia dilectio proximi malum non operatur, scilicet contra dilectionem, ait Paulus ad Romanos: Quantum ergo praefati debent apparere ut a subditis diligentur, tum quia subditos facilius haec dilectio faciat obedire, & acceptabilius deo sicut uire, & fortius eis in bono adhaerere, & ipsos praelatos facit portari in suis defectibus, & in suis iuuari negotiis, & eos se habere quietius. Ideo non solum Augustinus sed & Bernardus dicit ad praelatos: Stude magis amari quam timeri. Et Isidorus: Talem te reddi subditis, ut magis amaris quam timearis. Quis ergo dubitet, quin hoc a spiritu sancto sit, in quo tres tanti doctores uno ore concordant? Sed notandum, ad hoc ut praelatus ametur a subditis, cauendum est ei a superbia. Haec enim non diligit facit, sed

## S P E C U L U M

**Eccles. 5.** sed odiosum reddit. Vnde Ecclesiast. Odibilis est corā  
deo & hominibus superbia. In Polycratico libro quar-  
to, capite septimo: Qui quis gradum propriæ celsitu-  
dinis amat, humilitatis cultum in moribus diligenter

**Deut. 20.** sine teneat. Vnde in lege imposta principibus & præ-  
latis in Deuteronomio dicitur: Nec eleuetur cor eius  
in superbiam super fratres suos. Quod præcipue ne-  
cessarium est, sæpius replicat, eo quod humilitas nun-  
quam satis uidetur commendata principibus, & diffi-  
ciliū est ut gradus honoris, tumorem non pariat  
in animo imprudentis. Superbis itaq; resistit deus, &  
humilibus dat gratiam. Prouide ergo rex orat, nō ue-  
niat mihi pes superbiz. Non itaq; superbiat super fra-  
tres suos, sed cum fratrem meminerit, fratribus subie-  
ctis omnibus impenda affectum. Nec tamen etenim  
superbiā uitet ut incidat in contemptum, quia sicut  
elatio ita abiectio declinanda est. Deniq; quem super-  
borum legisti regnare diutius? Item caendum est

**3. Reg. 12.** etiam ei a duritia. Hæc enim reddidit Roboam popu-  
lo odiosum. Et ideo dicitur econtrario, Ecclesiastici  
quarto: In mansuetudine opera tua perfice, et super ho-  
minum gloriā diligenter. Et Ouidius: Est piger ad pœ-  
nas princeps, ad præmia uelox. Quiq; dolet quotiens  
cogitur esse ferox. Verumtamen ipsius mansuetudinis  
modus, quo charitatis brachij subiectos ut fratres  
amplexatur, limitib; clauditur. Sic etenim fratres di-  
ligat, & errores eorum medicinaliter corrigat. Sed in  
cruciatu membrorum corporis, cutus prælatus caput  
est, legi tristis & gemēs famuletur, id est, doleat cum  
exigenbris culpis vindictam exposcit. Deniq; honor  
regis iudicium diligit, & delinquentium culpas tran-  
quia mentis moderatione compescit, quia cessante  
iustitiae stimulo, populus se in illicita resoluit. Item  
a fin-

PRAE LATORVM Fol. 19.

a singularitate: Cū enim cōformat prelat⁹ se alii, et est  
in illis quasi unus ex illis, ex hoc acqrit sibi amorem alio  
rum Ecclesiastici decimotertio. Omne animal diligit  
sibi simile. Similiter ergo patet, quantum pius necessa  
ria dilectio, quam timor subdit⁹ iū p̄alato & a qui  
bus cauendum est ei ut diligatur. Item Tullius: P. &  
lati officium sit studia multitudinis ad suas utilitates  
allicere. Cicero.  
Omnia enim rerum nihil aprius ad p̄ala  
tiones tenendas, quam diligi, nec quidquam alicuius  
quam timeri. Tutius est enim uolentibus, quam coa  
ctis imperare. Scidum autem, quod ad hoc quod  
aliquis p̄elatus suæ familiæ appareat curialis & ama  
bilis, debet ante omnia habere liberalitatem in donis,  
ad instar Titi imperatoris, qui recordatus super thro  
num quod nihil cuique in terra die praefuisse, dolens  
& gemē dixit: O amici, hunc diem perdidī, ut referte  
Suetonis libro de. i. 2. Cæsaribus: Id quoq; Titus im  
perator ait: Non op̄eret quemquam a sermone prin  
cipis tristem discedere. Item præcipuum quod in  
ter p̄elatum & subditos dilectionē causat & cōseruat  
est innocentia & puritas uitæ & conscientiæ. Vnde in  
Polycratico libro: Si in sui ipsius custodia qui q̄ labo  
ret, profecto optimus erit status singulorum & omni Lib. 5. capi.  
um, uigebit q̄ virtus religionis regnante undiq; mu  
tua charitate. Omnia siquidem religiosis mala ex pec  
catis infirmitate proueniunt. Nam & inferiorum deli  
ctiorum principem demerentur, & peccata sacerd  
itorum subditis sunt occasio & authoritas delinquendi.  
Mansuescit itaq; princeps ab innocencia subditorum  
Be subditorum motus reprimit innocentia p̄elato  
rum. Placito namq; deo omnis creatura mitis est &  
seruit homini & eo indignante omnis creatura arma  
tur in ultio ac eius. Corvus Heliam pavuit, ursus famu  
latum

## S P E C V L V M

latum impedit prophetæ, ut parcatur Danielis ferocia  
ratem dedicit leo, & collectam nescit esuriem, unde  
de fiscis iustorum calcatur pedibus, aduersus paeros  
succensus ignis in fornace non proficit. Ad uotum si-  
dei aer umbres & terra fructum negat, & cælū ipsum  
in impios euomit ignes suos. Porro & si in exercitio  
uirtutum sit remissior prælatus, colendus est tamen, &  
sicut apes in humeris regem suum attollunt: ita subie-  
cti dum perniciösus uitius non sit, omnino ei exhibe-  
ant famulatum. Nam et si laboret uitius, ferendus est  
tanquam in quo salutis auspicia subditis extant.

Quod prælatus bono exemplo suo allice-  
re debet subditos suos ad uirtutes.

### C A P . I I I .

**Q**UARTO & ultimo debet prælatus habe-  
re motū præcessoris & informatoris, & hoc  
notatur cum dicitur, ducem. Ad strenuitatem boni  
ducis non sufficit bene monere, præcipere & corripe-  
re, sed necesse est strenue eum se habere & uirtuosus,  
pro loco & tempore militare, & quod præcipit aliis ex-  
ercere aliquoties & factis suis debet adimplere. Vnde  
Gregorius. Gregorius in codice regulæ pastoralis, titulo uicesi-  
mo octauo dicit: Apud districtum iudicē prælatus co-  
gitur tanta in opere exoluere, quanta cum constat ue-  
ce aliis præcepisse. Idem: Lex quippe est ipsis prælatis  
& prædicatoribus posita, ut uiuendo impleant quod  
loquendo sua & fessinant. Talis dux fuit Iulius Cæsar,  
qui nunquam dixit militibus suis ite sed uenite. Et  
subiungit caulanum Labor inquit participatus cum du-  
ce uidetur militibus esse minor, sicut de eo scribit Io-  
annes Galensis: Talis dux fuit Abimalech qui præcī-  
dens

*Iulius Cæsar.*

P R A E L A T O R V M Fol. 14.

dens arboris ramum, impositumq; ferens humeris se  
 is, socijs suis dixit: Quod me uideritis facere cito faca  
 te. Igitur certatim ramos de arboribus præcedentes  
 sequebantur ducem, iudicem undecimo. Vilissimus  
 itaq; computandus est, nisi præcellat sanctitate & sci-  
 entia, qui est honore præstantior. Vnde in Polycratico  
 libro. 5. capi. 7. Impossibile est ut alios utiliter regat,  
 quæ proprius subuertit error. Ait enim Salomon: Vbi  
 non est gubernator populus corruet. Et alibi: Rex insi-  
 piens perdet populum suum. Notandum autem quod  
 prælato non solum sufficit dicere more scribarum &  
 phariseorum, qui dicunt & non faciunt, sed debet ex-  
 emplo Christi facere & docere, immo sicut summe per-  
 tinet ad eum docere: ita pertinet ad eum summe face  
 re. Gregorius in pastorali: Sit rector operatione præ-  
 cipius, ut uitæ uiam subditis bene uiuendo denunci-  
 et, & grex qui pastoris uocem moresq; sequitur, per  
 exempla melius quam per uerba gradiatur. Qui enim  
 loci sui necessitate exiguit summa dicere, hac eadem  
 necessitate cōpellitur summa monstrare. Vnde Grego-  
 Nazanzenus in apologetico: Si quis est in rectore uitæ  
 orum morbus, facile in subiectos sibi transfunditur.  
 & multo facilius quod malum est ab eo transit, quā si  
 quid in eo uirtutis fuerit. In quo ego quoq; soleo cre-  
 bro apud memet ipsum de talibus admirari plurimū,  
 quod tam facile sine aliquo labore atq; ullis ammini-  
 culis malitia proficit, & nihil tam facile est quam ef-  
 fici malum, & etiam si nemo doceat, ne nemo compel-  
 lat, raro autem & perdifficile sit fieri lumen. Idcirco  
 etiam dicit Chrysostomus: Sic quippe natura ipsa com-  
 paratum est, ut regentium mores uulgas imiteatur libro 3.  
 & quasi in imagine ita in uitæ presidentium intendes,  
 studeas illorumq; post fieri similius. Negcam; erro  
 reg

## S P E C V L V M

res prælatorum abscondi possunt oculis, sed etiam cœ  
igua eorum celeriter innotescunt. Sicq; omnes de fa  
ctis iudicant prælati, quasi nec carne circundatus sit,  
nec hominum infirmitate teneatur. Hæc Chrysostomus.

Proprièt hoc ergo beth dicit Augusti. in regulas  
**Augustinus.** Circa omnes seipsum bonorum opereum præbeat ex  
**Benedictus.** exemplum Non sit contenus uerbis bonis ad subditos,  
sed potius innitatur bonis exemplis operum. sicut &  
Benedictus in regula de abbate loquens dicit: Omnia  
bona & sancta facta amplius quam uerbis ostendat.

Item, non sufficit ei facere bona occulta, nisi faciat  
& manifesta. Vnde dicitur primitius prælati: Sic lu  
ceat lux uoxtra coram hominibus, &c. Item nō suf  
ficit ei cauere a malo exēp. o. nisi det et bonum. Vnde  
Lucæ duodecimo dicitur eisdem exēplo. Sint lumen  
bi uestri præcincti, quod pertinet ad declinationem a  
malo secundum Augustinum in sermone, & lucernæ  
ardentes. quod pertinet ad ostensionem boni exē  
pli. & ideo dicit Augustinus bonorum. Item non  
sufficit ei dare exemplum in uno bono, nisi etiam det  
in omnibus. Ad Titum secundo: In omnibus præbe te  
exemplum bonorum operum. Et ideo dicit Augusti  
nus bonorum operum in genere sine disjunctione par  
ticulari. Itē nō sufficit dare bonū exēplū aliquibus so  
lum, nisi deitur et omnibus. Matthæi quinto: Ponunt  
lucernam super candelabrum, ut lucent omnibus qui  
in domo sunt. Et ideo dicit circa omnes. Sic ergo quim  
que rānguntur in hoc uerbo Augustini circa prælati  
exemplum. Dicit enim potius inniti exemplis operis  
quam uerbis. Item, non solum operibus occultis,  
sed manifestis. Item non solum cauere a malo exē  
plo, sed dare operam ad bonum exemplum. Itē non  
solum in uno, sed in omnibus. Item non solum ali  
qui

PR AELATORVM Fol. 17.

Turbus, sed omnibus debet dare bonum exemplum.  
 Et norandum, quod licet omnes debeat dare bonum  
 exemplum, iuxta illud quod communiter Apostolus **Rom. 14.**  
 omnibus dicit: Prudentes bona non tantum coram  
 deo, sed etiam coram omnibus hominibus, tamē prae-  
 lati magis ad hoc tenentur. Vnde Paulus ad hoc facit  
 exhortationem Timotheo episcopo specialem dicēs: **1. ad Timo.**  
 Exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, **4.**  
 in charitate, in fide, in castitate. Huiusmodi autē mul-  
 tæ sunt rationes. Prælatus enim est in alto statu, &  
 ideo non potest abscondi, sicut ciuitas supra montem  
 posita. Et id ro si aliquid turpe est in eo, quanto a plu-  
 ribus uidetur tanto sit maior deriso de eo. Sic ut ergo  
 qui ascēdit per scalā sollicitus est uestes suas restringe-  
 re & aptare, ne aliquid turpe in eo uideatur, ita cauen-  
 dum est prælato, eo quod in alto positus, spectaculum  
 est multorum, ut nihil dishonestum appareat in eo. Et  
 id eo dicitur apud Zachariam: Vidi & ecce candelabru **Zacha. 4.**  
 aureum, & lampas eius super caput illius, & septē lu-  
 cernæ eius super caput eius. Quod ideo dicitur, quia  
 uniuersa lux uirtutum debet in tali lampade fulgere.  
 De altitudine status prælatoris sic dicit **Gregor. Na-**  
**tanzenus** ubi supra. Væ tibi ciuitas cuius rex tuus iu-  
 uenis. Salo non dicit. Et ipse iterum: Noli esse uelox  
 in uerbis. Quod si ille præcepit uelocem ad uerba non  
 fieri, quantum agis in opus tantum & tam magnum.  
 Idem, ad dignitatē prælatoris uelociter profilire nō  
 expedit, quia atq; prælatum cum angelis adsistere o-  
 portet deo, & cum Archangelis glorificare, atq; in cæ-  
 lestibus altaribus hostias offerre Christo, & apud  
 ipsum & cum ipso fungi sacerdotio, ut reformatetur  
 quod dilapsum est, ut diuina in homine imago repa-  
 retur, ut superiori mundo habitatores sui reddantur,

C

& ut

# S P E C U L V M

M N

¶ ut totum simul dicam, ut ex hominibus in deorum numerum transeant. Hæc ille. Item prælatus est sicut exemplar, a quo alii libri transcripti, iuxta il lud: Regis ad exemplar totius cōponitur orbis. Et ideo sicut omnes libri transcripti ad malum exemplar sunt corrupti: ita exemplar prælati nisi sit bonum, est causa corruptionis in omnibus subiectis. Et ideo sicut magna cura apponēda est circa primum exemplar libri: quod sit multum bonum, ita requiritur quod exemplar prælati sit ualde bonum. Vnde Gregorius papa in Pastorali: Ille debet ad exemplar uiuendi pro trahi, qui carnis passionibus moriens iam spiritualiter uiuit, qui prospera mundi postposuit, qui nulla ad uerba pertimescit, qui sola æterna desiderat, qui ad alia cupienda non ducitur: sed propria largitur, qui per pietatis uiscera citius ad ignoscendum fieri stit, sed nunquam plusquam deceat ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur, qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat, qui est affectu cordis aliena infirmitati compatitur, sicque in bonis proximi sicut in suis profectibus lætatur, qui se imitabilem cateris ira in cunctis quæ agit insinuat, ut inter eos non habeat quod saltē de præteritis erubescat, qui sic studet uiuere ut proximorum queq; corda arcta, doctrinae fluentis ualeat irrigare, qui orationis usu & experimēto iam didicit, quod à domino quæ poscerit, possit. Greg. quoq; Nazanenus de eodem sic

Loco supra inquit: Priusq; aliquis, in quantum fieri potest, ceteros homines cordis puritate præcedat, præesse his uelle non

debet, quibus se purgatiorem non sentit, nec tutum putare mediatorem effici populi apud deū, quod est speciale officium sacerdotis siue prælati, nisi se proximū & amicū uideat dei. Et ideo concludit idē dicens: Mun-

Ibid.

dari

PR AELATORVM Fol. 18.

dari prius oportet, & sic alios mundare, sapientem præ  
uis fieri, & sic alios facere sapientes, lumen effici & ita  
alios illuminare, accedere ad deum, & ita alios addu  
cere ad deum, sanctificari, et ita alios sanctificare, recti  
esse consilij, & sic alijs rectum dare consilium. Hæc ille.

Item prælatus est sicut duxor gregis, secundū illud  
Psalmitæ: Deduxisti sicut oves populum tuū in manū  
Moyli & Aaron. Et ideo si uadit per uiam malorū ope  
rum, sequitur eum populus per uiam eādē. Vnde Gre  
gorius: Vnde fit cū pastor per abrupta gradiatetur, per  
præcipitiū grex sequatur. Et ideo dicit idem Greg. Sc̄i  
re debent prælati, quoniā tot mortibus digni sunt, q̄t  
exēpla pditionis ad subditos trāmittunt, quia nimirū  
per illa exēpla eos ad mortem ducunt. Mira perditio,  
horrenda crudelitas, ducere ad mortē eternā, quos du  
cere deberent ad uitā eternā. Ne sint ergo rei prælati  
mortiū, debet ab exēplo ducēte ad mortē caueret exē  
plū ducēs ad uitā ostēdere. Greg Nō debet hominū du  
catū suscipere, q̄ nescit homines bñ uiuēdo preire. Itē  
prælati sunt ministri dei. Et ideo sicut famuli regis pul  
chrius incedūt quā cæteri populares: ita & ipsi debet  
pulchriorē uirtutum conuersationem ostēdere. Hinc  
est illud ad Corin. In oīb⁹ exhibeamus nosmet ipsos si  
cut dei ministros in multa patient. &c. Quasi dicere:  
In his sic nos ornemus, ut decet seruos tanti domini.

Item prælati sunt quasi signum positum ad sagittā  
multorum obloquentiū de eis facile, & ideo ut circa  
hoc remedium apponant. Hoc non potest aliter ita be  
ne fieri sicut per bonū exēplū. Et ideo dicit Petrus: Hec  
est uoluntas dei, ut benefacientes obmutescere faciatis  
imprudētiū hominū ignoratiā. Itē in mūdo ecclē  
się subditū sunt quasi corpora inferiora terrestria, præ  
lati uero corpora superiora cœlestia, q̄ lucida sunt, &

In pastoral.

2.cor.6.

1.Petr. 2.

C n ideo

## S P E C V L V M

**Gen. 1.**

ideo debent lucere sicut stellæ, quas dominus posuit in firmamento ut lucerent super terram. Multi in tenebris uitæ præsentis dum superiores de se exempla p̄bent, astrorum more desuper lucent. Præclare illud, ut multa, fertur dixisse Temistodes, magistratus a ludis & quibuscunq; leuioribus esse arcendos, ne respublica ludere videatur, defectumq; sui relicta grauitate pronunciet. Si tamen maioribus (quod quidem rarum est) eos exoccupari contigerit in annis adolescentia, ex dispensatione ætatis permittuntur aliquid subtrahere grauitati, & in se clementiores esse, quod matritatis processu reipublicæ utilitate compenserent. Hæc

**Lib. 1. c. 2. 4. in Polycratico.** Item opus exempli p̄stat efficaciam uerbo, quia secundum Gregorium, plus exemplia quam uerba mouent. Cum ergo prælati sit docere, debet exemplum addere ut uox sua habeat uocem uirtutis. Et ideo dicitur Ecclesiastici uicesimonoно: Confirma uerbum, scilicet per opus. Gregorius: Authoritas loquendi perditur, cū uox opere non inuatur. Item prælatus habet officium medici, & ideo coram infirmis non debet aliquam infirmitatem portare, ne dicatur ei illud euangelij Lucæ: Medice cura te ipsum. Gregorius in Pastorali: Qua præsumptione alios mederi properat, qui in facie uulnus portat? Ne ergo eius officium contemnatur, debet coram alijs omnimodā sui ostendere sanitatem. Item filiorum est imitari patrem, secundum illud Ioannis: Quæcunq; pater fecerit, hæc & filius similiter facit. Et ideo cauendum est prælato, ne sit de illis de quibus dicitur apud Matthæum: Secundum opera illorum nolite facere: sed potius possit cum Apostolo dicere: Imitatores mei estote. Quia igitur tot rationes concurrunt, ut prælatus teneat præ cæteris bonum exēplum, bene dicit beatus Augustinus

**Ioan. 5.**

**Matth. 23.**

**Philipp. 3.**

## PRAE LATORVM FOL. 19.

gustinus in regula: Se ipsum honorum operum præbe  
at exemplum. Quod & si graue sit, recordetur quam  
grauia Christus sustinuit pro dando bono exemplo.

Christus, inquit Petrus, passus est pro nobis, uobis re-  
linquens exemplum.

Beatus Cyprianus: In prælato dum

1. petr. s.

multi pendent, ipse deo adhaerere debet, qui illum in  
ducatu prostituit, qui ad portandum multorum one-  
ra, ipsum ucluti fortiorcm solidauit. Pax illus enim nō  
si fixus firmiter alicui fortiori habeat, omne quod in  
eo pendet cito labitur, & ipse solutus a rigore suæ fir-  
mitatis, cum oneribus ad terram delabitur: Sic & præ  
latus, nisi suo conditori pertinaciter adhaeserit, & ipse

& omnis qui ei consentit, cito deperit. Chrysost. Quan-  
ta est differentia rationalium & irrationalium, tantu-

interesse debet inter rectiores ecclesiæ & ceteros, qui re-

guntur. Seneca in libro de breuitate uitæ ad Paulinum Seneca.

scit dicit: Diuus Augustus, cui diu plura quam ulli pre-  
stiterunt, non desist quietem sibi precari, & uacatio-  
nem a republica petere. Omnis eius sermo ad hoc sem-  
per reuolutus est, ut impetraret ocium a negotijs se-  
cularibus, illum diem lætissimum cogirabat, quo ma-  
gnitudinem suam exueret. Aliquando se uicturum si-  
bi in quadam ad senatum missa epistola pollicitus. Un-  
de subdit notanter contra illos, qui differunt gerere cu-  
ras officiorum usq; ad senectam: Non pudet (inquit)  
de reliquias uitæ tibi reseruare, & id tempus solum bo-  
nae menti destinare, quod in nullam rem conferri pos-  
sit: Quam serum est tunc uuere incipere, cum desinen-  
dum es: Quæ tam stulta mortalitatis obliuio, in quin  
quagesimum & sexagesimum annum sana differre co-  
filia, & inde uelle uitam inchoare quo pauci perduxe-  
runt: Idem in libro de quatuor uitutibus cardinali-  
bus dicit: Nō semper in actu sis, sed interdum animo

C

in

tuo

## S P E C V L V M

*Porterat s. honor  
nihil tenet imperiis*

tuo requiem dato. Sed & requies ipsa plena sit sa piētē studiis & cogitationibus bonis. Nam prudens nunquā ocio marceret, animū aliquando remissum habet, nunq̄ solutum. Ex his omnibus patet, quod ipse potestatis honor, siue dignitatis municiāe, nullatenus est affectandus, sed ab omnibus fugiendus & contemnedus, & hoc propter multiplices eius prauas qualitates & cōditiōes. Primo, quia honor iste caducus & breuis est, secundum illud Ecclesiasti. 10. Omnis potentatus breuis uita, rex hodie est & cras morietur. Huic etiam consonat Ouid. in lib. Metamor. dicens: Vix ulla potentia longe est. Hinc Galerus in libro Alexādreidos. Quām friuola gaudia mundi. Quām rerum fugitius honor, quā nomē inane! Et ponit exēplū de ipso Alexandro, hoc modo: Magnus in exemplo est, cui nō sufficerat orbis. Sufficit exciso defossa marmore terra, Quinque pedum fabricata domus, qua nobile corpus, Exigua requiescit humo. Hinc etiam uersificator egregius ait: Vir bone quiet curas res uiles, res perituras; Nihil profuturas, damno quandoque futuras. Ne mo diu mansit in culmine, sed cito transit. Est breuis atq; leuis in mundo gloria quæuis, Qui fuit hic imus, erit illic ordinē primus. Secundo quia honor munidanus seruīlis est & inquietus, iuxta illud quod in epistolari suo dicit Sidonius: Quidam ius fasque commune supergressi, summam potestatem, summam beatitudinē putant esse, hoc ipso sati miseriores, quod parum intelligent se inquietissimo famulatu subiace. Nam sicut ipsi hominibus: sic & illis dominandi desideria dominantur. Hinc etiam dicit Ambrosius super lucam, libro quarto: Ostendit, inquit, euangelista, diabolus domino omnia regna mūdi. Quibus scilicet uerbis doceatur inanis ambitionis flabria despicer, eo quod

Ouidius.  
Galerus.

Sidonius.

Ambrosius.

P R A E L A T O R V M F o l . 2 0 .

quod omnis dignitas secularis potestati subjacet dia-  
bolicae, fragilis ad usum & inanis ad fructum. Non tamen  
adiabolo est potestas ipsa, licet insidijs diaboli sit nox-  
ia. Terro honor iste in quolibet homine est ceteris  
inuidiosus, iuxta illud quod scribit Salustius: Post glo-  
riam inuidiam sequi memineris, & eo magis anxium et  
solicitum oportet te esse, quo ciarior fueris. Inter mor-  
tales nepe difficillimum est gloria inuidiam uicere. Hinc  
etiam ait beatus Bernardus quod a duplice malo communis  
liberat paupertas uoluntaria, uidelicet ab inuidia propria  
& ab aliena, quia nullus inuidet paupertati. Quarum  
honor iste grauis est onerous, quia semper annexum  
habet aliquod onus. Vnde in lib. de Tobia: Si queratur  
honor, onus intricatur honori. Hoc bene pondera-  
bat rex ille de quo refert Valerius Maximus: Rex ille Lib. 7.  
subtilis iudicij, quem ferat traditum sibi diadema pri-  
usquam capiti imponeret, retentum diu considerans &  
dixisse: O nobilem magis quam felicem pannum,  
quem si quis penitus quam multis sollicitudinibus,  
periculis ac miserijs sit refertus, cognosceret, ne hu-  
mi quidem iacentem tollere uellet. Hoc etiam be- Lib. 8. capi.  
ne ponderabat Hadrianus papa, ut in Polycratito li-<sup>24</sup>  
bro de eo scribitur. Qui fatebatur se in sede ponti-  
ficatus tantas miserias inuenisse, ut facta collatione  
presentium, tota praecedens amaritudo, iucundi-  
tas & uita felicissima fuerit. Spinosa dixit esse  
cathedram Romani Pontificis, acutissimis usque-  
quaque conserram aculeis, tantaque molis, ut ro-  
busissimos præmat, terat, & comminuat humeros. Cathedra Ro-  
mani pōtif. spinosa.  
Hoc etiam sapissime adiecit, quod cum de gradu in  
gradum à claustralii clero per omnia officia in pon-  
tificem summum, nil unquam felicitatis aut tranquili-  
tatis quietis uite priori adiectum est ab ascēsi. In incude,

C iiiij in-

## S P E C V L V M

Inquit, & malleo semper dilaniauit me dominus, sed nunc oneri quod infirmitati meæ imposuit, si placet, supponat dextram, quoniam mihi importabile est. Hac ibidem. Hinc ait Gregorius in Moralibus, libro decimo octavo: Sancti miri curas exteriores nequaquam appetunt, sed occulto ordine sibi superimpositas gemunt. Et quamvis illas per meliorem intentionem fugiant, tamen per subditam mentem portant, nec dei ordinationi contradictant.

Quinto honor predictus est periculosus, quia frequenter honores mutant mores,

5<sup>o</sup>  
z.lib. Metr.  
mor.

Iuxta illud Ouidij: Et obest sua gloria multis. Chrysostomus: Multo consilio & prudentia opus est pastori & mille, ut dicitur, oculis ad speculandam undique hebetudinem earum, quas gubernat animarum. Noni non paucos idoneos suimet fuisse rectores, multum in abstinentia & ieiuniis laborantes, quibus quādū licuit esse priuaros, & nihil aliud curare quam propria, & deo placebant & indies non modica philosophia incrementa capiebant. At ubi in populo prodierunt, & multorum impericias emendare necesse fuit, aliqui inter exordia tantum pondus sustinere non potuerunt offici. Qui vero tolerare coacti sunt, perdentes constantiam & ueritatem priorem, & sibi intulerunt magna dispensia, & nihil alijs profuerunt. Vnde dicit Gregorius in pastorali: Plaeurnq; in occupatione regiminis. ipse quoque boni operis usus perditur, qui in tranquillitate tenebatur, quia quieto mari recte nauē & imperitus nauita dirigit, turbato autem tempestatis fluctibus etiam peritus se nauita confundit. Quid namque est potestas culminis, nisi tempestas mentis? Et Horatius in libro carminum: Sēpe quoque uentis agitatur ingens pinus, & celsi grauiore casu deciduntur turres, feriuntq; summos fulgura mōces. Sexto honor iste dispensiosus

Horatius.

6<sup>o</sup>

est

est cuilibet propter alienas occupationes quibus obnoxius est, ut sibi non possit intendere, iuxta illud Cāticorum primo: posuerunt me custodem in vineis, usque ad meam non custodivit. Ideo recte cuilibet ambitioso dicit ab Ouidio in libro de tristibus. Viue tibi, & longe nomina magna fuge. Tu quoq; formida nimium sublimia semper. Propositiq; tui cōtrahe uela, precor. Hinc & in proverbiis sapientum legitur: Vis hominem habere, do tibi magnum imperium, imperati bi. Ut enim Socrates dicit, stultum est ut cæteris impere. Socrates rare quis uelit, cum ipse sibi imperare non possit.

Septimo honor predictus catus est & tenebrosus, secundum illud psalmista: Homo cum in honore esset, non intellexit. Unde Gregor. Adeo enim honor ipse excusat, ut seipsum non uideat, & de se falsa credat, subiectos & quos sorte potestatis excedit, transcendit se se etiam uire meritis credat. Cunctis se aestimat amplius sapere, quibus se uidet amplius posse. Octauo & ultimo honor iste rumosus est & præceps, iuxta illud Oui. in lib. tristiu: Ardua per præcepis gloria uadit iter. Hinc Macrobius: summum ad gradum claritatis cum ueneris. eore consistes, & citius quam ascenderas, cades. Ideo dicit Seneca in lib. de quatuor uirtutibus: Ne in re altiori te ponas, in qua stanti tremendum, descendenti cadendum est. Ut enim dicit Galterus in Alessandrelde: Sanctius est non ascendere, quā post ascē sum regredi. Nos autem non ideo hæc omnia inculcauimus, ut potestarem reprobemus aut reprehendamus: nam ut ait quidam sapiens, deus potentes nos abnicit cum & ipse sit potens, uerum homines ab eius appetitu uel amore deterrere intendimus, siue facit in Pastorali beatus Gregorius: Nos, inquit, hæc profentes non potestatem reprehendimus, sed ab appeti-

## S P E C V L V M

tu illius cordis potestatem munimus, ne imperfecti  
quiq; culmen regiminis arripere audeāt, & qui in pla-  
nis stantes titubant, in præcipitio pedem ponant. Vn-  
de hoc uitium est fere omnibus insuperabile. Ut enim  
dicit Amb. sup Lue. Sēpe q̄s nulla uiciadelectat, q̄s nul-  
la potuit luxuria cōmouere, nulla cupiditas subueni-  
re facit ambitio criminosos. Inde & scribit in Poly-

Lib. 4.  
Lib. 7, capi.  
69.

cratico. Votis & si nō re plures numero sunt rectores,  
quam illi quos regunt. Nam qui regi uelint, perpauci  
sunt, cum quisq; ut emancipetur à iugo rectoris pro-  
prii, totis uiribus querat. Priuilegio quidem capituli  
aut uisitatorum plurimi tuti sunt, ne abbatibus & pri-  
oribus suis obtemperent, ne obediētiam impleant, ne  
legi dei subiecti sint. Non reprehendo clementiam ca-  
pituli aut uisitatorum, sed hanc indulgentiam eorum  
subditis nō arbitror expedire. Propter quod in Char-

Cartha C2-  
ta capituli ordinis Carthusieñ. habetur hēc ordinatio  
pituli ordi-  
nisi Carthu-  
anni quadragesimi secūdi. Et si multa liceat parrib⁹ ui-  
sitoribus potestate à capitulo generali eis delegata,  
quæ interdum salutis animarum nō expediunt, aut re-  
gularem conuersationem monasticam non ædificat,  
summopere cauere debent, ne in processu uisitationū  
per complacentiam monachorum, quos forte contri-  
stare nolunt, tum in licentijs ex ordinarijs conceden-  
dis, tum in laxandis regularibus obseruantis, tum  
etiam in excessibus palpandis uel dissimulandis, aut  
minus exemplariter corrigendis, potestas ipsorum ui-  
sitorū, quæ non in destructionem, sed in ædificatio-  
nem dala est, cedat in derogationem authoritatis pri-  
oru⁹ aut obseruantis regularis uel baculi pastora-  
lis ipsorum, ordinamus ut in præmissis omnibus tam  
prudente cautēque se habeat, quod Christus in suis ui-  
caris, id est prioribus, non dehonoretur, substantiali-  
que

P R A E L A T O R V M Flo. 22.

que obedientiae aut reverentie, quo subditi debent suis superioribus etiam discolis, nullatenus derogerur, ne alij uidentes suos superiores tali modo dari uilipendio, ad ipsorum uilipendium quod absit inclinentur.

Est etiam uitium inexplicable uel insatiabile, quia honor uel gloria est, quasi uentus, uel umbra uel aliquid tale. Est itaq; appetitus honoris uitium plenum uanitate, & ideo insatiabile, iuxta illud in Prou. Venerim Prou. 13. piorum insaturabilis, id est, animus. Nec mirum. Ad imaginem enim dei facta est anima rationalis, ceteris omnibus occupari potest, repleri omnino non potest, capacitas dei qdqd deo minima est, non implebit. Est etiam uirtus plena anxietate, quia torquetur ambitiosus, partim cupiditate, partim liuore. Vnde Bernardus. In lib. de ueritatis. Non enim ait inuidet nisi amor excellentie. De hoc ipsum quod homo appetit praesce malum est in se, iuxta illud Augustini in libro de ciuitate dei: Lucas superior & si ut oportet administratur, tamen indecenter appetitur. Gregorius in Moralibus: Unusquisque superbus toties ad culpam apostasie dilabatur, quoties hominibus praesce delectatur, & honoris sui singularitate latetur. Unde scriptum est: Qui dicit regi apostata, & uocat duces impios. Talis enim sub quo sit non considerat, & quod e qualibet quasi non sit aequalis, exultat. Tunc uero solum potestas bene gerif, cum nequaquam amando sed timendo retinetur. Quae ut recte ministrari ualeat, oportet primu ut hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. Hinc etiam dicit Bernardus. Quoties hominibus pessime desidero, torties deum meum preuo. Merito ergo tali dicit apud Matth. Vade post me satana, quia non sapis ea quae dei sunt. Chrysostomus: Matt. 16. Chrysost. Qui-

## S P E C V L V M

Quicunq; desiderat primatum in terra, inueniet confusione in calo, nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit. Idcirco teste Gregorio, qui dignitatis culmen affectat, sua animæ dispensium querit. Non sunt itaq; adpetendæ prælationes uel ambiēdæ dignitates, quoniā secundū Chrysostomum nihil deo ita amicum est, ut cum ultimis se natu rare, hoc enim philosophiaæ uniuersæ principium est. Argue tibi sic anima Christiana, dum impellit te spiritus superbiae super honoribus transituris. Si glorificanda sum, si magnificanda a domino in æternitate, qui semper & ubiq; gloriam meam dicet, quid mihi de punctuali & umbratili gloria super terram? Si uero iusto (quod auertat dei pietas) iudicio damnandus sum, totus honor impensus ab hominibus plus ad tormentum mihi cedet quam ad solatium, plus inde blasphemabit anima mea dominum, plus exiliet furens spiritus in deum quia non fuit salutare suum, plus ex ardentia inuidi dæmones anima cruciare, quo plus in bonum senserunt honorari. Hæc Ioannes Gerson super magnificat.

Ioann. Ger-  
son.

Quod prælatus quatuor circa se  
conside rare debet.

C A P . V .

*Declaratio  
prælatus quatuor circa se  
conside rare debet*  
*p. 3. fol. 3. rect.*  
**S**CIE NDVM præterea, quod prælatus quilibet circa statum suum quatuor diligenter considerare debet, uidelicet, quod non sit immissus per intrusionem, quod non sit remissus per dissimulationem, quod non sit neglector culparum, quod non sit acceptor personarum. Primo consideret & considerare de-

P R A E L A T O R V M . Fol. 23.

Re debet prælatus, siue princeps, quod non sit immis-  
sus per intrusionem: sed possit uere dicere illud-Sapi-  
entiae: Domine tu me elegisti regem populo tuo, & in-  
ducem filiorum tuorum & filiarum tuarum. For-  
ma autem prælatorum eligendorum est ipse Christus  
in tribus, scilicet in sua conceptione, in sua nativitate,  
in sua cōuersatione. Fuit enim Christus conceptus sp̄i  
ritus sancti operatione, natus sine matri corruptione,  
conuersatus in mundo sine peccati operatione. Elegit Ioan. 5.  
cum populus in regem, ipse fugit & noluit rex fieri.  
Isto modo qui debet intrare ad statum prælati. Dico  
ergo, quod prælatus siue princeps debet considerare,  
quod non sit immisus per intrusionem, quia quemad-  
modum Christus fuit conceptus virtute & cooperati-  
one spiritus sancti: sic debet prælatus concipi in menti-  
bus electorum per sancti spiritus inspirationem, non  
per dissolutorum conspirationem. Debet nasci de ma-  
tre virgine, quæ est congregatio subditorum siue  
mater ecclesia, cui debet præesse sine corruptione, ita  
quod nec sit corrupta prece uel precio uel min's po-  
tentium. Debet ergo sic electus admittere statum suum  
sinc ambitione, ut ueiat si posset, ex corde fugere & in-Isaiæ. 20.  
uitus obedire, ut deus sibi dicere possit illud-Isaiæ: No-  
li timere serue meus Jacob, & rectissime, quem elegi.  
De hoc in Polycratico lib. octa. cap. uigesimal tertio  
scribitur: Utq; qui misere ascendit ad prelationem ro-  
tatur miserius, & miserrime dejectur. Non latuus ha-  
bent exitus, quæ malo sunt inchoata principio. Phae-  
ton in fabulis dum paternos currus affectat, incendit Ouid. 1 Me-  
tamorph.  
orbē, & tandem miseratione dei & ipse succensus corru-  
it p̄ceps currū disiuncto. Icarus quoq; dñ elatus iuue-  
nili levitate fertur in cælum, marinis fluctibus mergi-  
tur, deiectus enim est dum alleuaretur. Sed tamen  
dum

## S P E C V L V M

dum est, quod nonnulli eliguntur propter partiales  
affectiones, quidam propter mundiales possessiones,  
& quidam propter curiales interpositiones. Conside-  
rant enim nonnulli electores nō quis melior uita, cla-  
rior scientia, celebrior fama, sed considerant quis ue-  
lit esse in beneficiis & subuencionibus eis utilior, quis  
uelit uitam suam mitius emendare, quis uelit crimina  
magis dissimulare. Cōsiderant etiam aliqui electores  
quis in rebus locupletior, in beneficiis pinguis, in ex-  
pensis profusior, in conuiujs lautior, & in ociosa fa-  
milia multiplicior. Alij uero sunt qui cōsiderant quis  
est regi & regalibus gratiior & acceptior, quis paren-  
tum generositate nobilior, quis mundanæ uanitati ha-  
bilior & usitator inuenitur. Iste non eligunt per spiri-  
tū sanctū, sed per spiritū suum nequam. Contra  
quos potest adduci illud: Eligite meliorem & eum qui  
uobis melius placuerit de filiis domini vestri, & poni-  
te eum super solium patris sui. Et nota, quod præmit  
tit meliorem, & eum qui uobis melius placuerit, in si-  
gnum quod bonitas gratiarū nō acceptio persona nata  
debet esse causa quare nobis placeat. Fertur quendam re-  
gi dixisse Lodouico querenti cur nō siebant miracula  
per episcopos & prælatos moderni temporis, sicut olim  
siebant in primitua ecclesia. Causam huius assignavit  
dicens: Tempore primituo electiones episcoporū &  
prælatorum siebant per spiritum sanctum, cuius est fa-  
cere miracula, nō fiunt per reges & principes qui mi-  
racula facere non posunt. Secundo consideret præ-  
latus uel princeps, qđ nō sit remissus per dissimulatio-  
nē, quia est elect⁹ in regē. Rex enim a regē dicitur,  
& est nomē tā oneris quā honoris. Tenetur enim alijs  
exemplū probitatis moralis ostendere, ut dicat illud  
quod scribitur de Gedcone Iudicū lib. qđ me uideritis

4. Reg. 10.

Iud. 5.

faceo

P R A E L A T O R V M F o l . 2 4 .

facere, facite. Plus enim mouent egregia facta pri  
 cipis seu præsidentis, q[uod] iusta in peria. De Julio Cæsare  
 dicitur quod nunq[ue] dixit milibus suis ite sed uenite. *Stragemath.*  
 Vnde. 1. regū. 12. Constitui uebis regē, & rex gradie lib. 4. c. 5.  
 ante uos. Narrat Sextus Iulius, de quodā duce, qui uo  
 cabatur Pescoris. Hic cū interrogatus i sleta militi  
 bus quid imperaret, dixit ut se imitarētur & nō il ali  
 ud, et accepto signo primus hosties invasit. Mō tales de Ephe. 3.  
 bēnt esse boni prælati, ut possint dicere cum Ap[osto]lo: Imitatores mei esio fratres, & obseruate eos qui  
 ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Tioq[ue] us Lib. 7.  
 Pōpeius narrat, q[uod] Argus rex Macedonū moriēs religit  
 filiū paruū. Contigit Macedones interim contrall  
 lyrios bellare & uinci, qui si atim se recolligentes regē  
 suum puerum in curis iacentem ante aciem posuerūt,  
 & sic illos uicerunt, ostendentes Macedonibus regē de  
 fuisse, non uirtutem. Moraliter præsentia prælari su  
 uat subditos. Tertio consideret prælatus, ne sit ne  
 glector culparum inquirendo, discutiendo, puniendo,  
 quia est electus in iudicem, tu autem elegisti me in iu  
 dicem. Dicit philosophus quinto Ethicorum: quod  
 unusquisque est bonus iudex eorum quæ cognoscit,  
 & ideo ad bonum iudiciū dandum requiritur inqui  
 sitio & cognitio, ne homo procedat ex incertis suspi  
 tionibus ex una parte & ex altera parte debet hō ing  
 terere, ne mala serpent, & augeantur per deseculum cor  
 rectionis. Cum uero crimina sint cognita, continuo  
 si possibile est, sint correcta per iudicem, qui debet es  
 se sicut iustum animatum: sicut dicitur quinto Ethico  
 rum: ut mēs sua tota sit a iustitia occupata, & ideo po  
 pulus accedit ad iudicem sicut ad iustitiam animatum  
 ut omnibus reddat quod iustum est. Vnde scribitus  
 Ecclesiastici septimo: Noli querere fieri iudex, nō u  
 leas

## S P E C V L V M

Negligentia leas uirtute irrumpere iniuriantes. Venerabilis Hugo  
prælatorum go de sancto Victore in libro suo de duodecim abusio-  
nibus claustrorum dicit, quod tres sunt species uel modi ne-  
gligentium prælatorum. Quidam sunt qui male ui-  
uunt & subditos male uiuere volunt & quidam sunt  
qui bene uiuant, & subiectos male uiuere permittunt.  
Exemplo præcedunt, sed non increpando delinquunt.  
Licet bene uiuant, necesse est ut de grege sibi com-  
misso, domino gregis rationem reddant. Illi uero qui  
male uiuunt & subiectos bene uiuere cogunt, erran-  
ter reuocant, sed rectos & fortes occidunt, reuocante  
uerbis, occidunt ex emplois. De tertia specie non opor-  
tet facere mentionem. Hæc Hugo Quarto infor-  
mantur prælati & principes, nec non & iudices, ne alii  
quis eorum sit acceptor personarum, cum dicit, Filio-  
rum tuorum & filiarum tuarum, id est, electus sum in  
regem & iudicem tam maiorum quam minorum, tam  
simplicium quam perfectorum. Filiorum inquam, tu  
orum, id est, electus sum ut iudicem populum tuum,  
non sicut seruos uel rusticos, sed sicut filios meos, ut sim  
eis loco tui pater, non tyranus. Debemus enim quicunq;  
que sumus in superiori gradu constituti, primo iudica-  
re nosmet ipsos & postea alios, considerantes nos esse  
homines, & non deos aut angelos. Vnde ait Apostolus  
ad Corinth. Si nosmet ipsos dijudicaremus, non utique  
dijudicaremur. Qualis autem debet esse qui debet ali-  
os iudicare, bene & lucide declarat Ambrosius super  
psalmum, Beati immaculati. Et habetur in canone ter-  
tio, quæstione septima, capitulo iudicet. Iudicet in-

Quarto  
1. Co 11.  
Qualis esse quis ille de alterius errore, qui non habet quod in se  
debeat, qui a ipso condemnnet. Iudicet ille qui non agit eadem, que  
liorum cen- in alio putauerit punienda, ne cum aliū iudicat, in se fe-  
suram agit, rai sententiam. Iudicet ille, qui ad pronunciandū nul-  
le odio

PR AELATORVM Fol. 25.

lo odio, nulla offensione, nulla leuitate, ducatur. Et post pauca. Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, nec ex domesticæ uoluntatis proprietate, sed iuxta leges & iura pronunciat: sicutis (id est statutis) iuris obtinebat. Non indulget propriæ uoluntati, nihil paratum præmeditatum dominus profert, sed sicut audit ita iudicat, & sicut se habet natura, discernit. Hæc Ambrösius.

De bono exemplo prælatorum, & quantum culpa prælatorum nocet subditis.

CAP. VI.

**Q**VICUNQUE in sublimitate prælationis constitutus, stude modis omnibus adiustare subditos tibi in uultu, aspectu, gestu, habitu, & incessu. Vjuere & non dare operam, ut recte uiuatur, est uitam perdere. Aedifices subditos, non solum uerbo, sed opere & exemplo, quia regnum dei non est in sermone, sed in uirtute. Meritorium ualde est, si sic præsis, ut pro sis. Prius ergo custodi te ipsum, ut securas procures salutem aliorum. Terribilis sententia beati Cypriz. magistrani martyris in lib. suo de duodecim abusionibus tyris horrendis sinu memorie non exceedat. Sciar, inquit, præla da prælatus quisque, quod sicut in sede primus inter subditos constitutus est: sic & in penitentia iustitiam non fecerit, principatus habiturus est. Omnes namque quoscunq; peccatores in præsenti sub se habuit, supra se plagabili modo in illa pena futura habebit. Et ideo studeat princeps seu prælatus quisque illos excellere, quos habet regere, non tantum potentia & sapientia, sed etiam in beatitate: sicut legitur de saul, quod non erat uir de filiis D Israel <sup>i. Reg. 9.</sup>

## S P E C V L V M

Israel melior illo. Cōmissa est tibi uillicatio grauis  
uillicationis, huius rationē exactissime requiriēt terrā  
bilis in iudicij suis deus. Teste aut̄ Greg. Prælatus toḡ  
coronas sibi multiplicat, quōt deo animas lucritacit.

Prælati etiā scire debent, quod si peruersa per petrat̄,  
tot mortibus digni sunt, quod ad subditos suę perditio-  
nis exēpla transmittit. Omni igitur diligentia custo-  
di cor tuum, ut exēplo sis alijs. Cum enim te irreprehē-  
sibilem in omnibus exhibueris, tunc poteris cū quan-  
ta uolueris, fiducia & potestate corripere tibi subdi-  
tos. Vnde notandum, quod ad hoc q̄ correetio siue  
reprehensio ordinate fiat, tria maxime requiruntur.  
Primum est ex parte reprehendentis, scilicet eius irre-  
prehensibilis uita: secundū est ex parte reprehensi, sc̄  
licet eius reprehensibilis calpa: tertium ex parte repre-  
hendēti, scilicet discrecio prouida. Circa primū est  
sciendum, quod prælatus seu qui uis aliorum rector si  
laudabiliter & absque calumnia uelit subditos culpare  
seu corrigere, debet se a uitijs, de quibus alios reprehē-  
dit, cautiissime abstinere, ne eadē in committēdo quae  
culpat, quasi proprio iaculo feriat semetipsum, iuxta  
illud Augusti. Bene loqui & male uiuere, nil aliud est,  
quam sua uoce le damnare. Vnde Cato. Quae culpare

Libro 3. soles, ea ne tu feceris ipse. Cui etiam concordat Hido-  
rus de summo bono dicens: Nihil turpius, quam si bo-  
num quod quisque sermone prædicat, explore opere  
negligit. Vnde tu qui es specialiter super alios consti-  
tutus, debes te exercere in operibus uirtutum, quia  
prælato peccante, leuiter peccat subditi, exemplo il-  
lius ad peccandum inducti, iuxta illud Ecclesiastici: Se-  
cundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis  
rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Raro uel nū  
quam in sacra scriptura de obscuratione solis sit men-  
tio.

## P R A E L A T O R V M      F o l . 1 6 .

Vnde, quin statim sequatur lunæ & stellarum obtenebra  
 tio. Vnde Isaias: Obtenebratus est sol in ortu suo. Et Isaias. 13.  
 Ioch. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt Ioch. 20.  
 splendorem suum. Per solem, qui est princeps lucen-  
 tium, prælatus intelligitur, qui excellētia contempla-  
 tionis & sanctitatis eminere debet subditis uniuersis,  
 & claritate radiorum idem in operum suorum cunctos  
 perlustrare. Dicit Seneca: Plus mouent exempla quam  
 uerba. Propterea dicit Apostolus Paulus ad Titum the  
 um, capite secundo. In omnibus teipsum præbe exem-  
 plum bonorum operum, in doctrina, in castitate, in  
 integritate & grauitate. Sed notandum, quod cul-  
 pa prælatorum plus nocet subditis quam culpa alio-  
 rum, quod ex duobus probatur, scilicet ex naturali  
 exemplo, & ex iure canonico. Primo naturali ex-  
 emplo. Nam dicunt astrologi, quod eclipsis solis mul-  
 tum grauat oculos intuentium, & quando eclipsis fit  
 in ascensu solis plus nocet, & est malum signum. Sic mo-  
 taliter, licet peccatum a quoconque committatur, si  
 scandali offensiu, non peccata prælatorū qui sunt in ascē-  
 su dignitatis, plus scandalizant. Vnde etiam magna in ocul-  
 lo macula reputatur, quæ in ceteris membris nulla aut  
 modica esset. Secundo idem probatur ex canon. iure: Qd<sup>e</sup>  
 enim agitur a prælatis, facile trahitur a subditis in ex-  
 emplo, quia prælati sunt tam signum positum ad sagit-  
 tam, ut in decretis qualiter, & a quo debet subditos pro-  
 hibere, multo fortius et seipso: nec potest alios corri-  
 gere cui tacite responderet sua conscientia se eadem commis-  
 se quod corripit, ut in can. Commissos ergo sibi plato saluta-  
 ribus monitis excitare iubet, et virtuosis opibus edifica-  
 re, ut a peccati corpore surgentes in sanctis cogitari ob-  
 ligentur et operibus excubantes, de breui et transitorio labo-  
 re manipulos referant exultationes eternas. De secundo scilicet

D

H

lice.

## S P E C V L V M

licet de reprehensibili culpa dicit Augustinus: Si ea in  
qui, in me reprehendis quæ reprehendenda non sunt,  
te ipsum potius laedis quam me: exemplo illius, qui ar-  
cum tenuit & tenendo unlnerat se ipsum. Sunt autem  
nonnulli ita in malitijs indurati, qui nullo modo cor-  
rigi uolunt, nec etiam emendare seipso, cuius est du-  
plex ratio demonstrativa. Prima est, quia nunquam  
bene corrigit librum, qui dorsum uertit ad exemplar.  
Exemplar omnis Christiani Christus est, cui moribus  
& uita coæquari debet. Vnde Cyprianus: Christianus  
Cyprian. de nemo recte dicitur, qui Christo moribus nō coæqua-  
tur. Et Augustinus de uita Christiana: Christiani no-  
men ille frustra sortitur, qui Christum minime imita-  
tur. Peruersi autem uertunt haic exemplari scilicet  
Christo dorsum, & ideo difficulter corriguntur. Se-  
cunda ratio, quia respiciens exemplar solum in ea par-  
te, in qua est corruptum, nunquam bene corrigit li-  
brum suum. Exemplar subditorum est prælatus eo-  
rum. Sed quia peruersi non considerant in prælato ni-  
si uitia & defectus qui in eis sunt, ideo difficulter cor-  
riguntur. De talibus dicit Seneca: Nobilis equus um-  
bris uirgæ regitur, ignauus nec calcaribus concirari  
potest. Et Petrus Rauennas in quodam sermone: Per-  
uersum corrigeri nihil aliud est, quam stimulare insa-  
num, quam oleum adhibere camino, & uentis incen-  
dia superare, sed bonus prælatus dolens super pericu-  
lo, incorrigibilis subditi, attendere debet pro consola-  
tione sua, quod stabulario dictum est: curam illius ha-  
be. Curam habere & non curare præciperis. Cura er-  
go, & labora. Nam si ægrotum non curaueris, imple-  
sti tamen medici uices, si nihil ex contingentibus o-  
missisti. Apostolus non dicit plus profui, sed plus omni-  
bus laborari. Deus autem mercedem laborum sancto-

sum nō ex prouentu laboris, sed ex labore metitur. n  
 ideo Paul⁹ non in plurima obuentione laborum, sed  
 in pluribus laborib⁹ gloriatur. Sufficit si cū apostolo  
 secura conscientia dicere merearis: Contestor uos ho-  
 die, quia mundus sum à sanguine omnium uestrum:  
 non enim subterfugi, quo minus annunciare uobis  
 omne consilium dei. Circa tertium, scilicet modū  
 corripiendi, notanda est sententia Senecæ in quadam  
 epistola: Obiurgationi, inquit, semper aliquid blande  
 commisce. Facilius penetrant uerba quæ mollia ua-  
 dunt, quam quæ aspera. Idem alibi: Nemo prudens pu-  
 nit qd peccatū eit, sed ne peccetur. Res enim optima ribus.  
 est sceleratos non extirpare, sed scelera. Hunc modum  
 corripiendi pulchre docet Gregorius Nazanzenus, ita  
 dicens: Rectori qui alijs præsit, omni opere peccati  
 post tergum relicto, proficere in optimis conuenit, In Apologe-  
 tico. Ita ut possit profectus sui exemplo inuitare & allice-  
 re cæteros ad uirtutem, præcipue per humilitatis à do-  
 mino nobis traditam formam. Non enim oportet uī  
 uel necessitate cōstringere, sed ratione & uitæ exēplis  
 suadere, quia omne quidquid extorqſ inuitis cū eo  
 qd tyrannici est uidetur, nec perseverare quidem po-  
 test. Modum etiam corripiendi subditos docet Grego-  
 rius papa dicens: Iuuenes plerumq; seueritas ammoni-  
 tionis ad profectum dirigit, senes uero ad meliora o-  
 pera deprecatio blanda componit. Et Augustinus su-  
 per epistolam ad Galatas: Quidquid lacerato animo  
 dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigen-  
 tis. Dilige, & dic quidquid uoles. Porro de præla-  
 to ambitioso & negligenti ad corripiendum subditos  
 sic dicit Gregorius libro uigesimo Moralium: Si ab ini-  
 crepatione idcirco reticemus, quia contra nos insur-  
 gere subditorum odio formidamus, nō iam lucra deſ-  
n  
 D      in      sed

## S P E C V L V M

**sed nostra querimus.** Sed ad hoc notandum est dictum  
Lib. 1. de ci- beati Augustini: Si, inquit, propterea obiurgandis &  
uit. dei. corripiendis mala agentibus quis parcit, quia oportu-  
nius tempus inquirit, uel eisdem ipsis metuit, ne dete-  
riores ex hoc efficiantur, uel ad bonam uitam & piam  
erudiendos impedian, aliosq; infirmos puniant & a-  
uertant à fide, non uidetur esse cupiditatis occasio, sed  
consilium charitatis. Idē quoq; sentit Chrysostomus

**Chrysost.** in suo dialogo, libro 20: Non, inquit, uniformiter se-  
cundum mensuram delictorum increpationes opor-  
tet inferri: sed diligenter inspicere eorum qui delique-  
runt uires atq; propositum: ne forte uolens rupta far-  
tire, maiorem aperiat disruptionem, cupiens erigere  
collapsa, casum inferat grauiorem. Ideni: Ita, inquit,

**In dialo. lib.** 5. oportet prælatum inter eos se agere, quos gubernat,  
sicut pater inter filios nimis paruulos, id est, sicut ille  
nec contumelias sentit, nec uerba paruolorum atq; ut  
eorum non teritur dolore aut indignatione, ita nec ra-  
su aut obsequiis, ut superbiat, intumescit: ita & præla-  
tus nec laudibus efferi, nec concidere debet uitupera-  
gione subditorum. Si uero quis cum ambitione et  
appetitu laudis alienæ prælationis adsumat officium,  
quas curas & quos pati arbitraris dolores? Sicut et ma-  
re nūquam immotum potest uideri: ita nec illius ani-  
mus, uel sollicitudine uacuus uel dolore. Propter quod  
oportet exerceri maxime in contemptu laudis huma-  
næ, qm si prælatus laudu cupiditate capiatur, nihil de  
studio suo, aut de sermonis uirtute utilitatis adipisce-  
tur, quia non sustinens imperitorum reprehensiones  
fatigatur & corruptus, atq; ipsa studia derelinquit. Deni  
que sanctorum testimonio satius est, ut pro exuberantia  
misericordia, quam pro exacto rigore iustitiae iudice-  
atur. Idem libro 12. Sit, inquit, prælatus benignus,

**Chrysost.**

P R A E L A T O R V M      Fol. 28.

Seuerus, neq; enim uno mō erga omnes subditos utrū potest, quoniam nec medicinę una eademq; lege omnia possunt infirmitatibus subuenire, nec gubernator unum modum discit, quo ueterorum flatibus obnuntatur.

Vnde notanda sunt uerba quæ sapientiæ duodecimo de deo scribuntur: Tu autem dōminator uirtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reverentia disponis nos. In quibus uerbis notantur duæ conditio-nes necessariæ cuiilibet prælato siue iudici uolenti punire delinquentes, scilicet quies & sedatio turbationis, mora & expectatio deliberationis. Primo nāq; requiritur in prælato siue iudice ad hoc, qd recte exerceatur iustitia, quies & sedatio cuiuslibet turbationis. Nam turbati recte iudicare non possunt. Et quantum ad hoc dicit sic: Tu autem dominator uirtutis,

qui a uidelicet dator est uirtutis, & rector uirtutis, cū tranquillitate iudicas, nō ex passione iræ uel offensæ, sed sine quacunq; turbatione, iuxta illud Isaiae: In ueris 4<sup>2</sup>.

Plato educet iudicium, non erit tristis neq; turbulētus. Plato.

Plato qd̄ dicit: Cū in subiectos potestas s̄exit, idē est ac si

tutor pupilli persequatur, uel eum tuo mucrone iugulat, ob cuius defensionē ab eodē traditsi tibi gladiū accepisti. Idem etiam in secularibus literis fertur dixisse:

Proinde est csi subditos opprimit magistratus: ac si

caput corporis intumescat, ut à mēbris aut omnino,

aut sine molestia ferri nō possit. Veteres etiā philoso-

phi in moribus & sciētijs studuerāt, principes docuerāt

tā uerbo qd̄ exēplo, quod nūq; irati in reos animaduer-

terēt. Vñ de Archita Tarētino scribit, qd̄ is de precepris

Pythagoræ, multo opere magnōq; labore solidū op̄ do-

Architas Tg.  
strinē cōplex⁹, post in patriam redijt, ac dum rura sua ren.

reuiseret, cōpīt a iaduertere negligētia uillisci ea cor-

supra et perditā esse, intuēisque male meritum dixit:

D      ḡ.      ritum

## S P E C V L V M

Plato iratus Sumpsissem, inquit, à te supplicium, nisi iratus essem.  
 vindictā su- Maluit enim impunitum dimittere, quam propter irā  
 mere noluit. iusto grauius punire. Item de Platone scribitur, quod  
 cum aduersus delictum serui uehementer exarsisset,  
 uidens quod vindicta modum seruare nō posset. Pseu-  
 sippo amico suo castigationis modum mandauit. Vn-  
 de dicit Seneca: Nihil tibi liceat, dum irasceris. Se-  
 cundo requiritur in iudice ad hoc quod recte exercea-  
 tur iustitia, mora & expectatio deliberationis, sic qd  
 non ex impetu uel ex abrupto fiat sententia iudicialis  
 executio. Et ideo in historia tripartita narratur, quod  
 beatus Ambro. iniunxit Theodosio imperatori quod  
 legem talem ediceret, quod triginta diebus sententia  
 necis & proscriptionis in literis tantummodo man-  
 ret, ut domo causam iudicans apud semetipsum que-  
 cognouerunt, sub ueritate disponat. Cum enim apud  
 Thessaloniam quidam iudicum fuissent lapidati, in-  
 dignatus Theodosius omnes passim iussit interimi,  
 non præcedente iudicio, instantum quod septem miliz-  
 hominum occisa fuerunt. Hæc igitur lex postea statu-  
 ta fuit ab eo sub hac forma: Imperator Gratianus Va-  
 lentianus Theodosius Augustus, Flauiano prætorii  
 præfecto Illyrici. Si vindicari in aliquos severius con-  
 tra nostram consuetudinem pro causæ intuitu iussi-  
 mus, nolumus statim eos aut subire penam aut exci-  
 pere sententiam, sed per triginta dies sors & fortuna,  
 id est, sententia super statutum eorum suspensa sit. Re-  
 os sane suscipiant carcer atq; custodia, & excubij sol-  
 lertis inaniter obseruet. Vnde pro excessu Theodosii  
 beatus Ambrosius per octo menses eum ab introitu ec-  
 clesiæ coartauit, & postea ab excommunicatione ab-  
 soluit. Constat deniq; Varronis esse sententiam, ut fe-  
 xatur quod tolli non potest, hoc tamen fidelis adiecit  
     inter

Lib. 3.

Varro.

interpretatio, ut uicium intelligatur quod honeste &  
cri potest & religione incolunt.

Quod prælatus accusandus & damnandus  
est pro delictis subditorum, quos  
male regit.

## C A P . VII.

**Q** UALE uere illud arbitramur, quod redde  
re causas prælatus cogitur pro omnibus que  
gubernat, cum certe non uerecundiæ solius, sed æter-  
ni cruciatus est pena metuenda. Ideo enim dictum est: Hebr. 8.  
Obedite præpositis uestris & subiacete eis, ipsi enim ui-  
gilant quasi pro animabus uestris rationem redditu-  
ri. Consideremus quid dicit: Rationem, inquit, reddi-  
turi. Quod licet iam dixerim, tamen nec nunc taceo.  
Metus quippe ac timor istius cōminationis animum  
meum iugiter quatit. Nam si ei qui unum scandalisa-  
uerit & minimum, expedit ut mola asinaria suspenda-  
tur in collo & demergatur in mare, & omnes qui in  
conscientia fratrum peccant, in Christum delinquunt,  
illos qui non solum unum, neque duos, neque tres: sed tam  
tam multitudinem perdunt, quale iudicium arbitra-  
ris accipere? Neque enim imperitiam causari poterunt,  
neque ad ignorantiam conuolare, neque necessitatem ap-  
ponere de aliorum coactu, sed citius puto aliquem la-  
corum qui 'geenne pro peccatis suis probatur obnoxii  
us, hoc adiunandum esse suffragio, quam prælatum cui  
accusatur pro aliorum delictis. Quamobrem? Quoniam  
qui fuerat constitutus, ut ignorarias emenda-  
ret aliorum & diaboli denunciaret insidias, ignoran-

D v tia

## S P E C V L V M

tias emendarerit aliorum, & diaboli denunciaret insidi-  
as, ignorantia se defendere non ualebit, neque dicere:  
Non audiui tubam, nec præsciuī pugnam futuram. In

Ezech. hoc quippe est constitutus prælatus sicut Ezechiel di-  
cit: ut etiam clamore sermonis sui instituat & denun-  
ciet asperum bellum. Propter hoc nullum habebit in  
excusatione suffragium, etiam si unus aliquis desidia  
eius erit interemptus: Si, inquit, ueniente gladio non  
insonuerit tuba neq; significauerit speculator, et ueni-  
ens gladius acceperit animam, illa quidē mortua est  
propter iniquitates suas, sanguinem autem eius de  
manu speculatoris requiram. Desine ergo nos impel-

Prælatorum lere in iudicium inuitabile. Neque enim nobis de gu-  
officium, nō bernatione militum, neq; pro regno terreno deliberā-  
de seculari- dum est, sed pro officio quod uirtutem exigit angelo-  
bus, sed cæle rum. Ipsi itaq; radijs solis splendidiorem oportet ex-  
hibitus esse so istere animam prælati, ut nunquā a spiritu sancto de-  
licitum.

seratur, sed ut possit dicere: Viuo autem iam nō ego,  
uiuit uero in me Christus. Si enim habitatores eremi,  
qui & ciuitatibus & fori tumultibus liberantur atque  
iugiter in portu quodam & tranquillitate consistunt,  
non tamen protinus aut habitationis aut abstinentie  
suae felicitate confidunt, sed multas alias res ad custo-  
diam sibi comparant magna consideratione & dicen-  
tes aliquid & agentes, ut cum fiducia et synceritate mū-  
dissima, quantum capit humana uirtus, accedere ad de-  
um possint, inquantum opus esse uehementia  
prælati arbitraris, ut ab omni inquina-  
mento animum suum uendicans  
spiritualem possit custo-  
dire decorem.

Speculi prælatorum finis.

Pros

PROOEMIUM AVTHORIS  
IN LIBRVM SECUNDVM,  
qui dicitur speculum subdito-  
rum.

**C**ONSIDERANS quamplurimos utriusq; sexus religiosos grauiter in via religionis errare, zizania tritico miscere: quod uidebantur congregare, dispergere, spem messis auibus ferisque donare, siveque omne meritum sui laboris & rigoris ordinis amittere: & hoc maxime propter uicium & uenenum proprietate uoluntatis ac sensualitatis, dicente beato Augustino ad fratres de eremo, quod sine obedientia omnia vacua sunt a mercede: & beato Benedicto in regulâ sua: omne quod sine iussione aut permissione spirituâl patris fit, præsumptioni deputabitur & uane gloriæ non mercedi. Item Seneca: Hoc solum uirginatus adiçies quod propriæ uoluntati deraxeris, in Po Li. 7.ca. 22. Ca. de relig. lytratico dicitur, quod in sola abnegatione propriæ uoluntatis uera religionis summa cōsistit. Causa quoque prædictorum ponitur in Decretali capitulo si religiosus, ubi sic habetur: Monachi arbitrium uelle uel nō habet, sed ex aliena uoluntate dep̄det. Et iterū: Monachus debet alieno iudicio & imperio ambulare, propter hoc legitur de sancto Fulgētio episcopo qđ sine suo consilio nihil sinebat, etiam suū præpositū agere. Idcirco ego q locū regiminis indigne teneo, ad omnipotētis dei et dñi nostri Iesu Christi gloriā ac sue bñdicte matris semp̄q; uirginis honore, & mihi cōmīsorū oīm̄q; religiosorū informationē, ex multis libris

sancto-

## P R A E F A T I O A U T H O R I S

sanctorum, elegantiores sententias colligi, de matre  
gia uicis proprias voluntatis, de requisitis ad perfectam  
& meritoriam obedientiam, & de fructibus ipsius sci-  
entiae obedientiarum, imitatus consilium Senecæ ita ad Lu-  
cillum dicentis: Imitari inquit apes debemus, quæ col-  
ligunt flores, quibus diuisis & in fauum dispositis, ua-  
rios succos in unum saporem artifici mixtura & qua-  
dam sui spiritus proprietate transfundunt. Talis erit  
occupatio mea, antiquorum tractatibus inhærebo, nec

Autorē hūc me si potero sol unquam inueniet ociosum. Siquidem  
sol nūq uidit non sic exterior me sollicitudo reparare debet, ut ani-  
mam meam pro qua mortuus est Christus, curarū se-  
cularium abyssus absorbeat. Et certe ratione officiū co-  
missi teneor ad eruditionem subditorum, in sacra scri-  
ptura me exercere. Omnino enim iniquum est inge-  
nia nobiliora studiis de honestari minoribus, & eos q̄s

ardua & grauiora manēt officia, uoluptatis aut uani-  
lib. 1, capi, tatis occupationibus agitari, ut dicit Ioannes Sar-  
briensis episcopus in Polycratico suo: Ocioſitas inimi-  
ca est animæ. Si nō legero, si nō stuero, dormitabit  
anima mea præ tædio, & hostes mei animæ meæ sab-  
bata deridebunt. Certe solo sacri eloquij testimonijs  
Christus contra omnes diaboli tentationes usus est in  
deserto. Et quia sine temptationibus uix hora dimidia  
transigitur claustral is uita, ideo nobis necessaria sunt  
saeræ icripturæ suffragia, cuius lectio frequens, cona-  
tus hostiles euacuet atq; turbines æstuantium tentatio-  
num quadam gratiæ serenitate tranquillet. Non po-  
test autem esse præclarior famæ titulus in prælato, q̄  
si subditos uerbo instruat & exemplo, reddens eos ac-  
ceptabiles domino sectatores bonorum operum, in  
similitudinem huius quod scribitur figuratiue in Ge-  
n. 24.

Elyseſ

I N L I B R V M II. Fol. 31.

Elyser interpretatur dei mei sanctificatio , & de figurae figuratiue prælatum , per cuius discretam eloquentiam sanctificari debent subditi: Melius ei est dominum suam augere moribus & possessionibus, melius est cælum implere & horreum. Nunquid uox saluatoris est ad principem Apostolorum & prælatorum: Si diligis me, possessionum terminos dilata , auge redens , multiplica uinaria, ædifica domos alras. Legimus eum dixisse ad Petru: Si amas me, pasce oves meas. Haeres ergo & uicarius Petri, id est, prælatus, pasce re debet oves, scilicet subditos suos, euangelizando, facere debet opus euangelistæ & pacis, faciat alium pro se molere, id est, curam possessionū & sollicitudinē alteri cōmendet. Ipse animarum saluti solerter intendat. Magnis additus est, nō debet minimis occupari. Minima & uilia sunt quæcunq; ad seculi quæstus, et non ad lucrum pertinent animarum. Vacuum a secularibus oportet esse animum diuinæ seruitutis obsequio cōsecratum: Modis ergo omnibus caueat prælato motus ne secularibus se inuoluat. Nulla enim cōsonantia dis omnibus est spiritus dei ad spiritum huius mundi. Adhuc repli cœda nō posse: Semper sit prælatus in exercitio scripturarii & cū ἀργυμένῳ. omni diligentia non solum uerbo, sed opere & exemplo curet parare domino plebem perfectam. Aedificet subditos sibi, uultu, aspectu, gestu , habitu & incessu. Viuere & non dare operam ut recte uiuatur, uirā perdere est. Igitur sic præsit ut prospicit. Vae his qui præsidet hominibus, nisi præsideat eis deus. Sunt qui honores uirtutes reputant, suisq; meritis adscribunt gradum eminentiæ, quæ in ira dei fortassis adepti sunt. Vereor ne de illis queruletur dominus & dicat: Ipsi regnauerunt & ego nō cognoui. Ira est aon gratia, cum quis ponitur super uenitum

## PRAEFATIO AVTHORIS,

Honoris assumptio multis testatio & facta est subuersio  
**Heb.** occasio. Hoc ergo prælatus quisq; sentiat in semetipso  
quod & in Christo Iesu, ut sicut exinanuit se formans  
serui accipiēt: sic eorum qui sibi subiecti sunt, seruans  
se reputet humilem & abiectum. Non sit sibi dedecorē  
humilitas, quæ decuit filium dei. Non itaque se domi-  
num exhibeat, sed ministruni. Petrus Apostolus dicit:  
Non dominantes in clero, sed forma facti gregis in  
populo. Vnde gloriabitur miser homo de immundo  
conceptus semine, genitus in peccato et natus brevi u-  
uens tempore, fugiens uelut umbra, & nunquā in eo-  
dem statu permanens! Qui tumet mani gloria, omni-  
no uacuus est, tam plenus nihilo, quam superbiae uen-  
tatis gloriabor. Gloria enim prælati est si scipiu[m]  
Gloria præla miserum iudicat & infirmum insufficiētem oneri, &  
ri quæ esse de honore indignum. Hæc Petrus Bleſensis. Audiant pre-  
beat. lati & paucent, qui se in scripturis diuinis, ut subdi-  
tos prædicando ædificant non exercent, comminatio-  
nem domini Iesu dicētis Matt. uigesimotertio. Vx uo-  
bis scribæ & pharisei, qui clauditis regnum cælorum  
ante homines. Spiritualiter secundum Chrysostomū  
regnū cælorū sunt sacræ scripturæ, quia in eis regnum  
cælorum est insertum Ille autem claudit hoc regnum  
alteri, qui clauem portat & non aperit, scilicet qui ha-  
bet scientiam & docere contēnit. Beda super illud: Pa-  
stores loquebantur ad inuicem: Non celauere silentio  
pastores arcana, quæ diuinitus agnouerant: sed qui-  
bulcūs p[ro]p[ter]e potuere, dicebant, quia & spirituales ecclesiæ  
pastores in hoc maxime sunt ordinati, ut uerbi dei my-  
rum pascuis nutriant. & mira quæ in scripturis didi-  
cerant, mirada suis auditoribus ostendant. Porro sub-  
ditis

IN LIBRVM II. Fol. 31.

diti, prout diffusius dicitur in sequentibus, debet præ  
lato suo & patri suo spirituali propter curam & cōser  
uationē, obedientiā, benevolentiā & honorē. Et me  
rito. Nam ipse pro eis tenetur reddere rationē, tene  
tur eos instruere per informationē, tructur eos foue  
re per compassionem. Iste pater debet sicut Helias, de  
quo dicit Heliceus. Pater mi pater mi, currus Israel et  
auriga eius. Et sicut alius prælatus debet esse ut currus,  
supportans suauiter debilitates infirmorum, ut aurig  
a pungens uiriliter negligentiam accediosorū. Itē de  
bet esse arca domini, in qua fuerūt uirga Aaron tabu  
lae testamenti & manna. Ista in prælato debet esse, uir  
ga castigationis, tabulae informatiōis, & manna con  
solationis. Itē habere debet nō solum faciē lēonis per  
austeritatem, sed etiā faciem hominis per mansuetudi  
nem & pietatē. Vnde August. Consolatione pius pater  
sit ad omnes. Exhibere se debet maioribus deuotū, mi  
noribus blādum, & equalibus mālū, rigidū superbis,  
benignū humilibus, misericordē pēnitētibus, inflexi  
bilē obstinatis. Docet Plut. & recitat in Polycr. qd pri Lib. 4.  
ceps debet esse in populo sicut citharēd⁹. Nā sicut citha  
red⁹ chordas oberrātes cōpellit & ad dulcē harmoniā  
adducit: ita princeps siue prælatus nūc rigore iustitie,  
nūc remissione clemētiae subditorū faciet harmoniā.  
Hoc aut certū est qd tutius est chordas remittere qd pro  
tēdi. Remissa nāq; per artificiū corrigitur & debitā so  
ni reddit gratiā, quæ aut semel rupta est, nullo artifi  
cio reparatur. Propter qd scribitur in Proverb. Mise  
ricordia & ueritas custodiūt regē, & roboratur clemē  
tia thronus eius. Vnde Seneca de clemētia: Nullū cle  
mētia ex omnibus qd regem magis decet. Et capite ter  
tio: Clementia in quamcunq; domum peruenit, eā felī  
tē & tranquillā præstabit. Et infra cap. 4. Si dñ placa  
bile

4. reg. 2.

Prou. 29.  
lib. 1.ca. 2.

Hebr. 13.

## P R A E F A T I O A U T H O R I S,

Aeneid. 6.  
Val. Max.  
Ethic. 8.

& tranquillam præstabat. Et infra cap. 4. Si dii placabiles & æqui, delicta potētū nō statim fulminibus persequuntur, quāto æquius est hominē hominibus præpositum miti animo exercere imperium æquitatis. Et infra eodem capitulo optime docet ex principum conscientia, qualiter debent se habere ad subditos, dicens ut se talem exhibeat princeps ciuibus, quales sibi deos uelit esse. Sic etiam Aeneam docuit Anchises pater suus, sicut recitat Virgilius. Vnde Valerius de Alexandro, libro quinto, capite primo dicit sic: Alexandro ut iniinitam gloriam bellica uirtus: ita primum amore clementia meruit. Hinc est quod Aristoteles dicit: quod similis est comparatio regis siue prælati ad subditos, & patris ad filios, et pastoris ad oves. Ideo Christus nō Ioannem constituit principem ecclesiæ sed Petrum, ut qui infirmus fuerat, & per consequens compassionem inducerat, compassionis uiscera singulariter obtineret. Hæc de conditione boni prælati ex industria in superiori libellulo qui intitulatur Speculum prælatorum, omissa sunt, : ut si prædictum speculum & istud diuinum scriberentur, prælati in presenti utcunque instruerentur: quemadmodum etiam in sequentibus quandoq[ue] faustum reperies.

# SPECVLO

## RVM STATVS VITAE

humanae. Liber II.  
Desubditis.

*De uitio propriæ uoluntatis.*

CAPVT .I.



IRCA primum principale, vide  
licet circa materiam & uitium pro-  
priæ uoluntatis, tanquam funda-  
mētum loco thematis accipio uer-  
bum illud domini Iesu, quod est  
apud Lucam: Pater si uis, transfer  
calicem istum à me. Veruntamen non mea uoluntas,  
sed tua fiat. Vnde dicit Hieronymus gloriōsus: Usq; in  
finem non cessat nos docere patribus obedire, & uo-  
luntatem eorum uoluntati nostræ p̄p̄onere, quoniā  
am uoluntatem patris spiritualis ubiq; sequi oportet  
& hanc inquirere. Hoc ergo uerbum, scilicet fiat uolū-  
tus & non mea, qd dixit ipse benedictus Iesus, for-  
ma, exemplum & meritum ueræ obedientiæ, quando  
passioni suæ finali appropinquauit, esse debet quasi si-  
gnum in manu omnium religiosorum, & quasi app̄e Exod. 13.  
sum quid ob recordationē inter oculos eorum. Chri-  
stus namq; crucifixus est quasi liber extensus ante ocu-  
los nostros, ut ad eius exemplar nos trāsscribamus in  
obedientiæ, paupertate, & tribulatione eius passioni  
E. nos

Luc. 12. 49.  
Hierony.

## S P E C U L V M

nos conformando. Vnde in Deuteronomio dicit Moyses: Erit uita tua quasi pendes ante te. Vita nostra Christus est, qui ante nos pendet sicut exemplar ante oculos scriptoris. Ipse est liber iste, de quo dicitur in Apocalypsi, qui scriptus est intus & foris, id est, in anima & corpore, & in summo margine nihil uacuum remansit in eo, quod non fuit exaratum. Pienus enim fuit tribulacione & miseria spiritu & anima, corde & corpore, singulis membris & sensibus. Clavi, spinæ & lancea quia si pene fuerūt libri isti scribentes. Oigitur claustralibus audi quia tibi in Exo. præcipit: Inspice & fac secundum exemplar quia tibi in morte. i. in Christo monstratum est. Quasi diceret: Inspice exemplar Christi obedientiarum, quia tibi in morte caluaria monstrauit, humiliando se factus obediens usque ad mortem: uel quod tibi monstrauit in morte totius suæ excellentissimæ uiræ, & fac secundum exemplar illud ipsum efficaciter imitando. Si enim ait Greg. membra sumini capitisi. i. Christi sumus, eum cui connectimur imitari debemus, scientes quod quantum quilibet se imitatione obedientiarum & propriæ uoluntatis abnegatione hic ei cōformare studuerit, tanto ei propinquior in caeli patria & in claritate gloriæ familiarior apparebit.

pp. voluntati  
refutatio de  
pp. 2<sup>m</sup>

Verum ne ob defectu ordinis, in hac utilissima & latissima materia propriæ uoluntatis pertinenda deuitemus, considerandum nobis est, quod propriæ uoluntati plene renunciare debemus, præcipue propter quatuor. Primo quod displicet deo. Secundo, quod placet diabolo. Tertio, quia nocet proprio subiecto. i. ei in quo est. Quarto, quod rationi cōgregationi est periculosa & damnosa. Dico primo, quod propria uoluntas displicet deo, quia per hanc quilibet subditus propriæ sensualitati seu uoluntati inhærens, deo contumeliam & iniuriam facit. Nam

Ia lib. simi sicut dicit Anselmus, quando monachus aliquid uult  
litud. ges

uel facit per propriam uoluntatem d<sup>e</sup>o quasi corona in suam auferat. Sicut enim corona soli regi competit: sic propria uoluntas soli deo conuenit, quia solus deus quidquid uult, debet uelle propria uoluntate ita ut aliam quam sequatur, non habeat supra se. Iterum propria uoluntas summe displaceat deo, quia per eam quilibet propriæ uoluntatis deo dominium suum auferat. Vnde Gregor. Quasi a se iugum dominationis sui conditoris excutit, qui eius vicario per obedienciam subesse contemnit. Vicarij etenim honor siue contemptus redundat in dominium. Idem in registro ad Eusebium abbatem: Qui se contra præpositos suos erigunt, profectio ostenditur, quod esse serui dei contemnunt. Origenes super Leviti. Seruus si d<sup>n</sup>o irreuerens sit, per hunc corporalem d<sup>n</sup>um in d<sup>n</sup>um maiestatis contumeliam iactat. Hoc etiam patet in Num ubi ait Moyses ad inobedientes & rebelles: Nō cōtra nos est murmur uestrum, sed Num. 10 lib. suo de cōfictu uirtutū & uitiorū: Sicut dñi obrem cap. 4 perandū est imperio ita humano necesse est subdi magisterio. Ipse enim dicit: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Ita, inquit, oportet: sed si talis esset, qui imperat per quem deus imperet. Sed Apostolus econtra: Non est potestas nisi a deo, quæ auctem a deo sunt ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Quales enim debeant esse qui imperant, non est a subditis discutiendum. Hec ille. De quo etiā sic dicit Augustin. Eia sacerdos In sermo ad tes dei, cauere ne deficiatis in tērationibus, cauete ne suos presbytros rebelles & inobedientes mihi sitis publice uel occulte, teros quia omnis potestas a deo est, & qui potestati resistit,

E II deo

S P E C U L V M

des resistit, qui ad prælatos dicit in Luca: Qui vos au-  
dit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Non tan-  
men ueni ut potestatem super uos haberem: sed tamen  
ut cum fratribus meis in solitudine uiuerem. Et ecce  
nunc episcopus sum. Cauete igitur ne mihi resistatis,  
quia omnes potestates, siue sunt mundi siue ecclesiæ, a  
deo ordinatae sunt. Nam cum dominus leprosos mun-  
dasset ad potestatē eos misit, dicens: Ite ostendite uos  
sacerdotibus. Et ad Samuelem cū sperneretur à Iude  
is, ait dominus: Non spreuerunt te sed me. Et ad Moy  
sen: Homo quicūq; fecerit superbiam in sacerdotem,  
id est in prælatū, a iudice morietur. Hæc Augu. Prop-  
terea consulit Hieronymus gloriol⁹ cui libet subditio,  
dicens: Præpositum monasterij timeas ut deum, dili-  
gas ut parentē, credas tibi salutare quidquid ille pre-  
cepit, nec de prælati snia iudices tu, cuius officium

Li. 6. ca. 26. Polycratico sic legit: Plane in insensibili principis sta-  
tuam quidquam presumere quandoque crimē extitit  
laesæ maiestatis, & morte acerbissima prout ueribus  
placuit puniendū. Quis ergo in imagine dei, qui est  
princeps, malitia presumente impune offendet? Pro-  
inde consiliofissimum est illud Sapientis: In cogitatione  
tua regi non detrahas, & in secreto cubiculi tui ne  
male dixeris diuini, quia aues cœli portabunt uocē tu-  
am, & qui haber pennas annunciat sententiā. Nun-  
quam ergo quidquam licebit in opere aut uerbo, cū  
& ipsa cogitatio cubiculib⁹ secretum & sententia cor-  
dis arceatur, ne quid moliatur aut concipiatur aduersus  
principem seu prælatū. Et subditur ibidē libro octauo  
ca. decimo septimo. Sicut imago deitatis princeps si-  
ue prælat⁹ amandus uenerand⁹ est & colendus. Et ideo  
ad istam pestem mortiferam propriæ voluntatis cui-

## S V B D I T O R V M      Fol. 35.

h̄adām, reddare debent subditi prælatis suis obedientiam & subjectionem. Dicit Aristoteles quinto Ethico-  
 rum, quod quilibet tenetur ei dare mercedem qui pro Cap. 7.  
 se laborat: sed prælatus laborat pro rōta multitudo-  
 ne: ergo danda est ei merces a rōta multitudine. Hæc  
 antem merces est obedientia & reuerentia cum dile-  
 cione filiali. Vnde Petrus admonet: Regem honorifi-  
 cate. Et concordat Apostolus: Qui bene presunt pres- 1. Petr. 1.  
 byteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui 1. ad Timo.  
 laborant uerbo & doctrina: duplici scilicet honore, 5.  
 ur eis obediatur & reuerentia exhibeatur. Multa  
 legimus quæ ad paternæ reuerentiae obseruantiam & f-  
 ficaciter exhortantur, tam filios carnales quam spiri-  
 tuales. Decius imperator, cum Decium filium suū im-  
 periali diademate proponeret insignire, rēnuit. D. ci-  
 us junior dicens: Vereor ne si siam imperator, dedis- Imperator se  
 canū esse filius. Malo esse non imperator & humiliſi- quorundam  
 lius, quam imperator & esse filius indeuotus Imperet insignis ex-  
 pater meus, meum imperium sit parere humiliſerim ga parentes  
 peranti. Philippus inter Romanos imperatores pri- obedientia.  
 mus fidei Christianæ professor, Philippum filium ha-  
 buit, qui cum esset patre uiuente & consentiente in im-  
 periale apicem sublimatus, summae sibi gloriæ ad-  
 scribebat, quod habebat patrem superstitem, cuius im-  
 perii non minus humiliſerit obediens imperator, quā  
 miles deuotus. Hermes Anathoclei regis filius, cum  
 parer eius ageret in extremis, & a populo posulare-  
 tur in regem, respondit se regni officium non debere  
 præsumere quādū patre eius uiuere speraretur: cu-  
 ius prudenter & reuerentia erat in administratione rei  
 publicæ approbata. Volusianus imperator, Galli im-  
 peratoris filius, licet cum patre suo imperaret, nihil  
 kamen habere se commune cum patre proposuit, nisi  
 E in quod

## S P E C V L V M

Mch. 12

quod cum pater eius occideretur ad hostibus, se pro eo & cum eo periret. Ecce charissimi quanta reverentia & obedientia filiorum carnalium ad parentes suos carnales. Sed subdit in religione qui spirituales sint sunt, maiorem uriq; reverentiam & obedientiam exhibere debent parentibus suis spiritualibus, scilicet praelatis, iuxta illud ad Hebreos: Patres quidem carnis nostrarum eruditores habuimus, & reverebamus eos, non multo magis obtineper abimus patri spirituum & uiuemus. Et ibide capi. sequenti hortatur subditos ad praedicta duo, scilicet reverentiam & obedientiam obseruandam, dicens: Obedite praepositis uestris & subiaceite eis. Ipsi enim uigilat quasi ratione pro animabus uestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciat & non gemetes. Hoc enim non expedire uobis. Declaratur etiam ex epis-  
quantum sit execrabilis irreuerentia atque iniuria parentibus irrogata. Valerianus imperator de cunctis tyrannide beati martyres Sixtus & Laurentius, felici triumphante martyrio, quia quadam die patrem suum atrociter uerberauit, a Sapore rege Persarum captus, apud eum ad cognominiosa seruiture condonauit, quod quoties rex ascensurus erat equum, Valerianus humi acclivis cum in sellam dorso non manibus extollebat, uitatem in hac probroso seruitute finiuit. De Absalon taceo, quia historia nostra est uniusfis. Adramalech & Sarasar filii Sennacherib, quia persecuti sunt patrem suum, a regno expulsi, dati sunt in captiuitatem, in opprobrium & in mortem. Demetrius filius Demetrii regis patrem suum crudelissime persecutus, vagus & profugus super terram uitam miseram in exilio terminauit. Aristobolus quia matrem suam regnante vinculis carceralibus macipauit, in morte ex sanguine fratris sui Antigoni, quem super omnia diligeret, miserabiliter expirauit. Quia in Polycra dicitur quod

Valeriani  
Impe. in pa-  
rentē impie-  
tas grauiter  
pubita

Mch. 1. ca. 2. bat.

Quod parricidij species est & sacrilegij instar, parentis  
 leges siue mādata impugnare aut euacuare. Ex his &  
 alijs innumerabilibus exēplis cōsiderēt subditi, quāta  
 pena merētū puniri, q̄ patētes suos spirituales, id est,  
 praelatos, contumelij siue iniurijs asticūt & diffamāt  
 detractionibus: si tā infāustis euētibus puniuntur, in-  
 iuriā parētibus carnalibus irrogantes. Est enim iustū,  
 qđ sic se habeat pena religiosi filij spiritualis ad pœ-  
 nā secularis filij carnalis: sicut culpa religiosi spiritu-  
 alis filij, se habuit ad culpā carnalis filij & secularis: ita  
 quod illa proportiōe, in qua culpa spiritualis filij, ex-  
 cedit culpā carnalis filij, iustum ēst q̄ pœna spiritualis  
 filij excedat pœna carnalis. Vtinam icirent omnes sub-  
 diti spirituales praelato rū filij, q̄ grata, q̄ fauorabilis,  
 q̄ suavis, q̄ amabilis & deo acceptabilis sit erga spiritu-  
 ale patrē affectio & subiectio filialis, q̄ uero execra-  
 bilis & damnata atq̄ pœnalibus exterminanda suppli-  
 cij irrecuerētia & inobediētia in patrem spiritualem.  
 Amoue à sole solis radij & non lucet, riū à fontibus  
 & arescit, ramum ab arbore & siccatur, membrum à  
 corpore & putreficit. Separa filij à dilectione & sub-  
 iectione paternæ & iam non est filius, sed frater & col-  
 lega eorum quibus dicitur, uos ex patre diabolo estis.  
 In principio Esaiæ legitur, filios cnutriui & exaltaui,  
 ipsi autem spreuerunt me: ultimum autem uerbum  
 iisdem prophetæ ēst, uermis eorum non morietur,  
 & ignis corum non extinguetur. Porro mihi uideitur  
 degenerare filius, cuius uoluntas à paterna uoluntate dis-  
 sentit. Haec Petrus Bleſchū. Legit in histoijs & gestis  
 Romanorū quod quidā rex nobilis & sapiens uxorem  
 duxit dilectam, quę debitæ dilectionis imniemor, tres  
 filios genuit ex adulterio, qui semper patri erāt rebel-  
 les, & in nullo obedientes nec similes. Deinde de se-  
Historia de  
filij in pa-  
terni caca-  
uer s̄eu in-  
tib.

## S P E C V L V M

miste regis unum filium genuit, quem nutriuit. Accedit autem quod rex finito dierum circulo moreretur, corpusq; suum cū regali sarcophago clauderetur. Post eius obitum filii supradicti pro regno litigauerunt. Miles quidam ueteranus quondam mortui regis secretearius hoc uidens, specialibus regni primatibus & militibus sic inquit: Audite cōsilium meum. Expedit uobis ut corpus sepulti regis de sepulchro tollatur, & quilibet filiorū arcum cū sagitta paratum habebit, & quicumq; regem profundius sagittauerit, iste regnum habebit. Et placuit omnibus consilium illud, & patrem suum de loco effoderunt, & ad arborem ligauerunt. Primus sagittam iaciēs manum dexteram patris graviter uulnerauit, quare tanquam hæres futurus glorabatur. Secundus torquēs sagittam propius in os sagittauit. Tertius autem cor patris perforauit cum sagitta, qui se putabat regnum præ cæteris fratribus suis sine omni lite certissime possessorum. Quartus uero cum attenderet corpus patris graviter uulneratum, ingemuit, & uocelametabili dixit: Absit a me, quod ego corpus patris mei aut uiuum aut mortuum unq; laddā, & osculatus est illud cum magna reuarentia & dilectione. His factis, reges, principes, simulq; totus mundus eundem iuuenem eligentes tanquam uerum heredem & regem in solio patris locauerunt, & alij tres filii omnī dignitate erant priuati, quia probati sunt non sūisse regis ueri filij.      Mystice per istos quatuor filios regis intelliguntur quatuor genera religiosoru, quorum tria excipientur ab hereditate filiorum dei. Nam per illum qui dexteram patris sagitta uulnerauit, significantur illi qui, lingua sua patrem suum spiritualem scilicet prælatum dissimant, eiusq; bonam famam qua per dexteram intelligitur, detrahendo uulnérat.

## S V B D I T O R V M      Fol. 37.

Et h̄i maledictionem Cham incurunt, qui uerēda p̄  
tris sui nudata non operuit, sed suis tribus nuncia- Gen. 14.  
uit. Lepram quoque Mariæ incurunt, contra quam  
dominus iratus recessit ab ea, & ipsam lepra percus-  
sit propter detractionem commissam in Moysen du-  
cem & principem populi Israël. Isidorus libro tertio,  
de summo bono: Cham filij Noe sententia damnatur,  
qui suorum præpositorum culpas in publicum pro-  
dunt, habituri sem meritum & Iaphet, si reuerenter  
operierūt. Propter quod licet omnis detractio sit pro-  
hibita, tamen de prælatis & principibus sit specialis  
prohibitio in Exodo, ubi dicitur: Dñs non detrahes, et  
principi populi tui non maledices. Deos ut glosa no-  
rat, sacerdotes populi aut iudices qui ecclesiæ princi-  
pantur, uult intelligi. Cum enim, inquit, omnis de-  
tractio pernicioſa sit, in illos tamen pernicioſior est.  
Et recte dicuntur dñi, quia uices agunt dei. Præ-  
latis namque dicitur in Luca: Qui uos audit, me au-  
dit: et qui uos spernit, me spernit. De hoc uicio detra-  
ctionis subditorū contra prælatos sic scribitur in Po-  
lycratico. Cum Apostolus uicia gentium multa enumi-  
raret, nouissime & quasi in culmine malorū, siue pro- Lib. 5. capi.  
fundo rectius dixerim, posuit detractores eosq; tan- 23.  
quam singulari nota diuinæ bonitatis hostes expri- Rom. 1.  
mēns, quasi solos deo odibiles esse pronunciat. Verun-  
tamen illos deo odibiliōres inter ceteros esse credi-  
derim, quia latenti odio amicitiam simulant. & de-  
trahendo secreto suos prælatos insequuntur. Sed ques-  
tioriores dixerim, an adulatores an detractores, nō  
satis liquet: utrumque tamen uicium apud antiquos  
inuenio morte mulctatum. Nam & Athenienses Thia-  
magoram inter officia salutacionis Latio regi more  
gentis illius adulantem capitali supplicio afficerunt,

## S P E C U L U M

& Lacedæmoniorum senatus Charistolum interimi  
tus sit, eo quod magnorum virorum, id est, principiū  
& prælatorum, facta carpere maluit quam palam ui-  
rili constanza arguere. Hoc enim apud bene compo-  
sitos semper licuit, ut quisq; suo iudicio uteretur pa-  
lamq; reprehenderet, quod nequaquam recte factum  
videretur. Siquidem hanc reprehendendi licentiam  
charitate subnixa libertas approbat, & tyrannica dum  
taxat rabies perhorrescit & impedit. Ceterū nō est de-  
tus conuiuentium nisi religiosissimus sit, quem liuoris  
stimulus non attingat. Vbiq; tamen qui illi uiroribus  
clarescunt meritis, alicui<sup>o</sup> inuidia & toxicato dente ro-  
duntur: sed præ cæteris, serui dños, prælatos subditi,  
insequuntur. Nā sicut seruorū, ita & subditorū genus  
plerumq; querulū est, aut se iniuste premi aut indigne  
remunerari, aut officia male administrari causatur,  
raroq; inuenies qui in aliquo nō detrahatur præsidenti,  
& si interdū omnia recte gerantur. Comicos relege, re-  
uolue Tragicos, familiā fere semper patrifamilias ui-  
debis ingratā. At non mō in curia, sed & in schola, &  
in clanstro, sed in capitolio morē hunc miraberis ob-  
tinere. Quæ uero ad gratiā sine inuidia uia expediti-  
sima sit, senex docet in Andria, dū filiū omnibus obse-  
qui, neminē lādere, refert. Ait quoq; sanctus Aug. qd  
denti caninum uel euitabit cautissima humilitas, uel  
retendet solidissima ueritas, alia siquidē uirtute nemo  
detractionis declinat aculeos. Hæc ibidē. Per secundū  
filii scilicet qui patrē suū in os sagittauit, designatur  
illi qui prælato suo aliquid ipsis iubēti audacter respō-  
det nō faciā, uel cū murmure faciunt. Et de talibus in  
uerecundis & audacibus maxime iutēnibus secundū  
sententiā beati Bernar. nō est spes. Nā dicit' etiā Ambr.  
Sicut in uia seculi audacia fortitudinē, ita in uia dei  
audac-

Terent.

August.

Bernar.

Ambros.

Audacia debilitatem parit. Perertiū filiū qui cor pā  
 trii uulnerauit sigit: cātūr illi, qui occulte in corde suo  
 cogitationes malas & murmurations & temeraria  
 iudicia suspitionesq; falsas contra prālatum suū por-  
 tant & nutriunt. Contra quos dicit doctor ecclēsī: sti-  
 cus: In cogitatione tua regi ne detrahās, de illis scilicet  
 aliqua mala suspicando uel temere iudicardo, ne dum  
 foris obloquendo, quod peius est. Itaq; nō solū uerbo  
 talibus personis prohibet scriptura detrahēre, sed enī  
 ēm cogitatione. Per quartum filium designatur per  
 fectus claustralīs uerus dei adoptiuus filius, q; quid qd  
 a p̄p̄ posito patre sibi prālato fuerit imperatum, sic  
 accipit, quasi de cālo sit ore dei prolatum, nihil repre-  
 hendens, nihil diudicans, nil discutiens, in nullo penī  
 murmurare p̄fsumēs. Et hic talis in fine eleuabi-  
 tur a principib; id est, a sanctis angelis dei, & ab o-  
 nnibus sanctis cū iubilo ineffabili in uitam aternam  
 suscipietur, dicente ad ipsum Christo: Veni benedictē  
 patris mei, implesti humiliter quæ p̄acepi, accipe li-  
 beraliū erat quæ promisi. Sed sciendū, quod hanc reue-  
 rentiā & obedientiam exhibendā prālatis speciali-  
 ter impedit iniūcia. Vñ Ouid. in Metamorphoscis de  
 scribens inuidum, inter cetera dicit, quod summa ca-  
 cumina carpit, quia semper cōtra superiores suos p̄p̄  
 latos inuidus quisque garrit. Et adit idem cytopositor  
 dicens, quod iniūcia est uitium uilium personarum  
 pro tanto, quia personæ abiecit semper inuident su-  
 perioribus, & omnis iniūcius ideo inuidet, quia se in-  
 feriore alio in aliq; qd appetit, esse uidet. Inferior pla-  
 neta eclipsat superiorē, et nō ecclīra, ut patet de sole et  
 luna: ita regulariter illi q min⁹ ualēt in uitutib; &  
 sunt meritis & gratiis inferiores, obūbitare nitū p̄ in-  
 lidā et detractionē meliores. Et idco signāter ait Job:  
 Paruuli

Ecc. 10

Matt. 29

## S P E C U L U M

Iob. 5.

z. lib. Meta-  
mor.

Paruulum occidit inuidia. Et subdit ubi supra. Quid  
us dicens, quod inuidus flatu suo, id est, ex uerbo malis  
tiolo polluit omnem populum & urbem quam attin-  
git, hoc est monasterii quod inhabitat, & omnes de  
conuentu qui libenter ipsum audiunt, inficit, quia eos  
secum ad murmurandum contra prælatum inducit.  
Sed audiat talis quid Bernardus dicit libro suo de con-  
sideratione ad Eugenium papam: Si, inquit, is qui mur-  
murat secundum animam mortuus est, qui instigat  
quomodo unius? Quasi diceret, nullo modo, sed dam-  
nabilius mortuus est, qui alium ad uitium murmuris  
instigat, imo sicut scribitur in libro de perfectiōe euā  
gelica, instigans alios ad murmurandum male suo  
exemplo uel perniciosa detractione, similis est Lucife-  
ro, qui de paradiſo dei eiectus, nec in aëre præ nimie-  
tate malitiæ suæ habitare permisus, in inferni detru-  
sus caliginem, uersutias suggerit omnibus dæmoni-  
bus per orbem vagantibus & insidiantibus uitæ præ-  
cipue sanctorum. Idecirco secundum beatum Bernar-  
dum, nihil sic horrendum est, ut murmur in congre-  
gatione. Murmur enim ualde diffusuum est, quia si-  
cut uno porco grunienti alij idem incipiunt: ita mur-  
mur unius facile facit alios murmurare. Sed audiant  
huiusmodi adhuc ad terrorē emēdationēq; ipsorū, qd  
dicat Joannes Chrysostomus sermōe. 7. sup epist. ad  
Hebræos: Si, inquit, filii Israel terram promissionis ia-  
trare non potuerunt, qui tantas calamitates pertule-  
runt in eremo quia murmurauerūt, quomodo nos cœ-  
lum merebimur, si murmuratores fuerimus? Quasi dä-  
cat: Nullis meritis nullis laboribus murmuratores re-  
grum cœlorum acquirere possunt, teste beato Grego-  
rio, qui dicit in homiliz, qd regnum cœlorū nemo qui  
murmurat accipere potest. Præterea quoniam ut  
pende

Esaiae. 2.1.

S V B D I T O R V M      Fol. 39.

Apud Esiam scribitur, quod speculator idem præla-  
tus annunciare debet supple subditis q[uo]d a curia vide-  
rit, id est de scripturis diuinis cognoverit seu intellex-  
erit, ideo necesse mihi ad liberationem animæ meæ ui-  
detur, sanctorum doctorum authoritatibus ostendere  
subditis meis, imo uniuersis in sancta religione protes-  
sis, plures ipsius uitij murmuris malas & prauas condi-  
tiones. Prima est quod peccatum murmuris con-  
tradicta uel facta prælatoriū speculatori reputatur con-  
tra deum esse, ut dictum est. Vnde Gregorius: Qui con-  
tra supra positiā sibi potestate murmurat, liquet quod  
cum redarguit, qui eandem potestatem homini de-  
dit. Cum enim omnis potestas sit a deo, sicut qui resi-  
git potestati dei ordinationi resistit secundum Aposto- Rom. 13.  
lum ad Romanos: ita qui murmurat contra eam, co-  
tra dominum dicitur murmurare. Propter quod sicut  
dicit Climachus: Cum tibi tua cogitatio suggestio diu-  
dicare præpositum, resisti sicut a fornicatione, & omni  
no huic serpenti non locum, non quietem, non introi-  
tum, non initium præberas. Dicio uero ad draconem  
cogitationi principantē: O seductor non ego mei præ-  
lati, sed ipse meum suscepit iudicium. Non ego illius,  
sed ipse meus constitutus est iudex. Et sequitur ibidem:  
Noli admirari & stupere super id quod dicens sum,  
habeo enim Moysen hoc una mecum prædicantem.  
Expedit in dcum & non in patrem, hoc est, prælatum  
peccare. Deo enim ad iram concitato, prælatus nositer  
potest eum reconciliare, isto uero a nobis conturbato  
aliquē pro nobis deū exortantē & propitiū facientē  
ulterius non habemus. Ex prædictis Climachi senten-  
tis uenerabilis magister Gerardus Groet in una epi-  
stola ad quendam nouitium in deo Carthusiensi pro-  
pe Leodium eundem taliter admonuit dicens: Causa dī

# S P E C V L V M

ligēter, ne superiorē uel eius facta iudicaueris, uel ad  
 mā illū interpretat⁹ fueris, & oē uerbū mētis tuę uel cogi-  
 tationē q̄cūq̄ cētra superiorē suspicādo qd cūq̄ paruū  
 malū de eo uel de factis i⁹ abhorre & pōisce a te: sic co-  
 gitatiōem fornicādi horres uel abiñcis, & suade men-  
 ti tuaę, quod omnes tales certissime a diabolo sunt &  
 laquei diaboli. Nec ad initias nec applaudas quemcū  
 que monachum tibi dicente mala de superioribus  
 uel suadentem superiorem mīnus sapiēter uel minus  
 bene agere, sed auertēs te mox ab eo ueluti a facie ser-  
 pentis concitus abscede. Vnde etiam in Polycratico li-  
 bro septimo, capitulo uigesimo, de eodem dicitur sic:  
 Nos igitur maximum habeamus sollicitudinem circa  
 dei uera dogmata, & circa prælatorum honestatem  
 seu reuerentiam, quia per eam maxima nobis dona  
 dabit̄ a deo, & ea q̄ sunt firma habebim⁹ & q̄ nō dū ue-  
 nenerit acqremus. Bñ aut̄ uniuersa gerū & cōpeten-  
 ter, si rei seu operis principiū fiat decēs et a nabile deo.  
 Hoc aut̄ futurū esse credimus, si sacræ obedientię uotū  
 humiliter & simpliciter sine murmure custodiāt. Se-  
 cunda prava cōdicio murmuris est qd murat statū religi-  
 osi in statū alieni. Claustralis namq̄ murmurans in  
 statuam uertitur. Statua uidetur esse homo & non  
 est, talis uidetur esse monachus & non est. Ideo dixit  
 Pastor in uit̄ spatiū: Qui querulosus est monachus  
 non est. Ex quo patet quod murmur facit de mona-  
 cho nō monachū, quo iest ualde horribile. Tertia est  
 quia hoc fuit proprium uitium Iudeorū in deser-  
 to, in quo grauter & frequenter offenderant deum,  
 scilicet murmurando contra Moysen & Aaron. Ita  
 que subdit̄ contra suos prælatos murmurantes imi-  
 tantrū Iudeos, qui sunt a domino reprobati, quod  
 est mira insipientia. Vos autem charissimi non sitis  
 obse-

Secunda

Tertia

## S V B D I T O R V M

fol. 40.

obsecro imitatores Iudæorum, sed uenerabilium p<sup>ro</sup>-  
 rentum beatissimi Ioannis Baptiste, de quibus scribi-  
 tur, quod erant iusti ambo ante decum, incidentes in  
 omnibus mandatis & iustificationibus domini sine  
 querela. Lucæ primo. Nolite murmurare iniucem, dicit Ioan. 6.  
 xii saluator, ut refert Ioannes. Omnia facite sine mur. Philip. 2.  
 murationibus, ut scribit Paulus ad Philippenses. Un-  
 de dicit autor summæ uitiorum. Peccatum murmu-  
 ris aliquando fuit Iudæorum, sed modo dicitur esse  
 monachorum. Quarta est quod murmuratio cor  
 rumpit socios ad modum lepræ, animamque murmu-  
 rosi leprosanū efficit. Vnde Augustinus ad fratres de August.  
 cremo, sermone tertio: Attende fratres ne murmu-  
 ratores sitis. Nam sicut lepra proprium corpus deuo-  
 rat & sibi adhærentes inficit, sic & murmuratio nō so-  
 lum seipsum, sed etiam cunctos audientes occidit. Igē  
 tur o fratres mei, o lætitia cordis mei, deponite mur-  
 mura, claudite infra dentes linguam, apponite custo-  
 dia ori uestro. Nō enim ad monasteriū uenitis ut mur-  
 muretis, sed ut in ueranis omnibus cōculatis, in mona-  
 stero sancte, iuste & pie uiuere ualeatis. Quod si nō fe-  
 ceritis (qd deus auertat) melius fuisset q̄ nati nō essetis  
 in inferno cū murmuratoribus & detractoribus æterna  
 liter iacere. Hęc Aug. Quinta mala cōditio murmu-  
 ris est, quia murmur est specialis dei offendio, a q̄ sum-  
 me debent oēs homines cauere. Vñ hoc peccatū nō so-  
 lli in futuro sed etiā in p̄senti deus horribiliter punit.  
 Propter hoc enim Maria soror Moysi pcusia est lepra. Num. 12  
 Hęc Maria q̄ murmurauit cōtra Moysen animā subdi-  
 torū significat, qn̄ pr̄laro obedire recusat, & recusan-  
 do murmurat, & murmurādo leprosa efficit, ut Aug.  
 ubi supra. Propter hoc peccatū murmuris ignis diuin<sup>s</sup>  
 accessus

## S P E C V L V M

accensus d'euorauit extremā partē castrorū. Num. 9.  
Propter hoc Dathan & Abyron absorpti sunt a terra

Num. 16. uiuentes. Propter hoc cælestis iniuriae ultiō egressus  
Ibidem. a domino combusit ducentos quinquaginta viros de-

Choritis, eodem capite. Propter hoc misit dominus serpentes igneos in populum, qui eos subito occide-  
bant. Hec autem omnia in figura facta sunt nostri, scri-  
pti sunt autem ad correctionem ut non simus murmu-

Num. 21. ratores, ut scribit Apostolus. Et sequitur ibidem: Ne-  
z. Co. 10. que murmuraueritis sicut quidae eorum murmura-  
uerunt, & perierunt ab exterminatore. Vbi Hierony-  
mus: Non murmuremus, ne nos dæmons uenenosis

moresibus fauient aut depascant. Porro de pœna mur-  
murorum in futuro dicit Iudas Apostolus in episto-

la sua: Hi sunt murmuratores querulosi secundum de-  
sideria sua ambulantes. Præmisit pœnam dicens: Qui-

Quid sit mur- bus procella tenebrarum in æternū seruata est. Est au-  
muratio. tem murmuratio querela cum impatiētia, in his quæ  
Sexta est homo debet facere uel sustinere patienter.

Sexta est, quia hominem in quo est meritis bonorum operū  
suum priuat, ita quod nihil sibi prosunt. Sapientia  
primo: Custodite uos a murmuratione quæ nihil pro-  
deit. Murmur namq; quod fit contra deum uel contrā  
eum qui est loco ipsius nihil prodest, quia quod potu-  
it esse meritorium, propter murmur fit demeritorium.  
Quia cum monachus murmurosus ut patet ex prædi-  
ctis per August. in anima leprosus est, & per Bernardū  
secundum animam mortuus est, nihil deo grati nec  
sibiipsum meritorium operari potest. Verificatur quoq;

Esa. 59. in eis illi 1 Esaix: Opera eorum inutilia. Vnde Valerius  
episcopus in quodā sermone: Quamuis, inquit, q;  
uitam fide muniat, scientia regat, castitate ornet, so-  
brietate componat, nihil est quod in homine deo pla-  
ccat

ceat, si in toto corpore lingua per murmurolum et de  
tractoriam locutionem displiceat. Igitur dilectissimi  
ne in unum laboreatis, habeatis silentium in corde,  
ne murmureatis: habeatis silentium in ore, ut non li-  
tigetis. Septima & ultima mala conditio murmu-  
ris est, quia excludit a regno celesti, ad quod maxime  
omnes homines debent suspirare. In cuius figura hoc  
peccatum filios Israel transentes per desertum exclu-  
dit a terra promissionis, licet promissa eis multoties.  
Omnes qui murmurastis contra me non intrabitis in  
terram super quam leuavi manum meam, ut habita- Num. 14  
re uos facerem. Similiter hoc uitium in deserto reli-  
gionis illos qui murmurant excludit a regno celorum.  
Gregorius: Regnum celorum nullus qui murmurat  
accipit. Deniq; omne fere genus uitiorum in murmu-  
re est inclusum. Nam qui murmurat, insinuat se impa-  
cientem proximum odientem, aliorum facta dijudi-  
cantem, superbiam habentem. Et ideo dicitur ecclesia  
stici decimo: Vir prudeus & disciplinatus non mur-  
murabit correptus. Quapropter etiam frequenter di-  
citur in regula beati Benedicti: Ante omnia admonen-  
tes, ut sine murmuratioe sint fratres. Ex istis patet bre-  
uiter quam detestanda & fugienda sit omnibus sub-  
ditis murmuratio tam cordis quam oris contra praे-  
latos. Et tantum de primo membro primi nostri prin-  
cipalis.

*Quod propria uoluntas placeat  
diabolo.*

CAP. II.

**D**I XI secundo, quod propria uoluntas sum-  
me placet diabolo. Iuxta illud Ecclesiasti-  
ci decimo octavo: A uoluntate tua auertere. Si præ-  
F G

## SPECULVM

stas animae tue cōcupiscētias eius faciet te in gaudiis  
 inimicis tuis. Vnde Eusebius homilia tercia ad mor-  
 chos instruendos dicit. Non obedire & post proprias  
 sensualitatis irę, est diaboli facere uoluntatem hoc est  
 uoluntarie sibi etiam in presenti damnationem infer-  
 re. Nempe sicut ille qui per obedientiam perficit se  
 abnegat & proprię uoluntati plene renūiat totus in  
 holocaustum medullatum domino consecratur, totus in  
 que uoluntas dei efficitur, qui per Esaiam dicit. Voca-  
 beris uoluntas mea in ea, sic qui proprias uoluntates  
 sequitur à deo derelinquitur & angelis eius, seducen-  
 sis perdendus & deuorandus à diabolo. Econtra in li-  
 bro de gestis saluatoris decimo dicitur, quod quando  
 monachus humilietur & simpliciter, cum negata pro-  
 pria uoluntate perficit iustum specialis patris terret  
 démones, fulminat in inferno, tremere facit omnes  
 aereas terasque potestates. Et allegatur ibidem exem-  
 plurum de Athanasio magno qui cenum démones ha-  
 buit quadraginta annis ad tentationem, quos post  
 resistentiam tanti temporis habuit, ad obedientiam et  
 subiectionem & præcepto eius fecerunt trecentorum  
 monachorum canobium cū omnibus officiis, e du-  
 centes aquam per aquecūstus à lorge, quia bene ob-  
 bediens qui suo superiori incontradicte subiicitur, &  
 inferiora sibi possidet ipse subiecta. Hoc quedā nota-  
 bili probauit exemplo alio. Legitur rāq; in dialogo  
 Seueri quod cūdā uolenti monasteriū quoddam ma-  
 gnę dispositonis intrare, cōcepit abbās proprie gra-  
 ues istius discipline labores sua uero imperia dūz. II  
 le uero nihil his terroribus permoueri cōcepit, sed ma-  
 gis ita, oēm obedientiā policeri, ut si cū abbas in igne  
 nē ut abbas accepit, nō est cūltae⁹ probare proutentē.  
Ex nobis misa
Cal

## S V B D I T O R V M      Fol. 48.

Casus siquidē clibanus prope ardebat, qui multo igne  
 succensus coquendis panibus parabatur. Hūc ergo fra-  
 trem illū iubet abbas intrare. Nec disulit parere præ-  
 cepto medias flamas ingreditur, quā mox audaci si-  
 de uictae uelut illis quondam Hebræis pueris cessere ue-  
 nienti. Et qui putabat arsurus uelut frigido rore perfu-  
 sus se ipse miratus est. Et Ioannes cassianus de eodem  
 sic ait. Nullo uicio tam præcipitem diabolus mona-  
 chum pertrahit ac perducit ad mortē quam cum cū ne-  
 glectis consilīis seniorum suorū suo sensui persuaserit  
 iudicioq; confidere. Sed nullatenus decipi poterit qd-  
 quis non suo sed maiorū uiuit exemplo. Hęc ille. Ita-  
 que charissimi si desideratis ne unquā gaudcat de uo-  
 bis inimicus uester diabolus, audiatis intelligatis &  
 recognitis opereque imitari studeatis sanctorū anti-  
 quorū patrum conuersationē, de quibus idem Ioānes  
 Cassianus de institutione monachorum libro quarto  
 capite primo, memorabile refert exemplum per hūc  
 modum. Thebaide est cœnobium in quo quinque mi-  
 lia fratrum ab uno reguntur abbe in tanta obediē-  
 tia qua non potest apud nos unus uel uni obedire, pro-  
 modico tempore. Nam tanta obseruantia obediē-  
 tia regula custoditur ab eis. ut iuniores absque præ-  
 positi sui licentia aut permisso, non solum non aude-  
 nt cellam progredi, sed ne ipsi quidem naturali ne-  
 cessitati satisfacere sua autoritate præsumant, sicque  
 uniuersa complere quęcunq; fuerint ab eo precepta  
 tanquā à deo sint celitus edita sine ulla discussione fe-  
 stinant, ut nonnunq; etiam impossibilia sibimet impe-  
 rata, ea fide ac deuotione suscipiant, ut tota uirtute  
 ac sine ulla dubitatione ac cordis hæfitatione perfice-  
 re ea & consummare nitantur, & ne impossibilita-  
 tem quidē præcepti pro abbatis reuerentia metiatur.

F      Itaque

## S P E C V L V M

Itaq; confidentes intra cubicula sua, & operi ac medi-  
tatioi studiū paritor impendentes, cum sonitu pulsan-  
ti ostium, ac diuersorum cellulas percussentis audie-  
tur, ad orationem (clicet eos, seu ad opus aliquod in  
bitantis, certarim ex suis cubiculis unusquisque pro-  
rumpit, ita ut is qui opus exercet scriptoris, quam re-  
pertus fu erit inchoat literam, finire nō audeat. Sed  
imperfetas litteras lineas derelinquens, non tam ope-  
ris compendia lucraue seletetur, quam obedientiā uit-  
tatem exequi toto studio atque amulatione festinet,  
quam non solum operi manuū seu lectioni uel sile-  
tio & quieti cella, uerum etiam curritis uirtutibus ita  
preferunt, ut huic iudicent emilia post pentenda. Et  
uniuersa dispensia subi e cōtentī finit, dummodo hoc  
bonum, scilicet obedientiā in nullo violasse videan-  
tur. Sequitur eodem libro, quod sollicitudo principa-  
lis senioris depurati ad custodiam & instructionē no-  
uiciorum, hæc est, scilicet in cœsto cenobio, ut doceat  
eum primitus uincere suas uoluntates, quem in his di-  
ligenter exercens hæc illi semper imperare de indu-  
stria procurabit, que senserit animo eius esse contra-  
ria. Multis siquidem experimentis edocet tradunt mo-  
nachum et maxime iuniorem ne uoluntatem quidem  
concupiscentiae suæ refrenare posse, nisi prius per obe-  
dientiam mortificare diccerit suas uoluntates. Ideo-  
que pronunciant nullatenus præualere, uel iram, uel  
tristitiam, uel spiritum fornicationis extinguere: sed  
nec humilitatem cordis ueram, nec cum fratribus u-  
nanimitatem perpetuam, nec firmam diuturnam que  
posse retinere concordiam, eñ qui prius uoluntates suas  
non dicerit superare. Conseguenter idem post pra-  
dicta instruitur, scilicet in monasterio suscepimus, nul-  
las penitus cogitationes pruriētes in corde pernicio-  
sa com-

Cap. 3

sa confusione celare: sed confessim ut exortæ fuerint,  
 eas suo patere seniori , ne super earum iudicio quic  
 quam suæ discretioni committatur: sed illud credere  
 malum omne uel bonum, quod pronunciauerit senior  
 ris examen. Ita sit, ut in nullo circumuenire iuuencem  
 callidus hostis uelut inexpertum ignarumq; prauale  
 at, nec ulla fraude decipere, quem præuidet non sua,  
 sed seniorum discretione muniri. Alias quippe subri-  
 lissimus diabolus iuuencem illudere & deuovere non po-  
 terit, nisi cum eum seu per arrogantiam, siue per uer-  
 cundiam, ad cogitationum suarum uelamē illuxerit.  
 Generale namq; & euidentis indicium diabolicę cogni-  
 tionis esse denunciant, si eam seniori cōfundatur ape-  
 rire. Hæc ille Gregorius in registro. Quisquis intrare  
 æternitatis ianuam mititur, tentationes suas menti pā-  
 storis indicet. Eia ergo dilectissimi fratres, sequamur  
 tota uirtutis instantia conuersationis exemplum san-  
 ctorum patrum, de quibus locuti sumus, & sollicita cor-  
 dis & corporis castigatione, perfectaq; propriæ uolū-  
 tatis abnegatione procuremus, ut in æterna beatitudi-  
 ne de eorum societate gaudere ualeamus. Simus de fa-  
 cili ducibiles à propria sensualitate , à proprio senti-  
 mēto & proposito , ad sectandam voluntatem nostrę  
 præpositi exemplo Christi , qui sicut ouis non aperi-  
 ens os suum ductus est & reductus de iudice ad iudi-  
 cem, scilicet ab Anna ad Caypham, à Caypha ad Pilatūm,  
 à Pilato ad Herodem, ab Herode iterum ad Pilatūm.  
 Ouis simpliciter & obedientissime trāsir sub uir-  
 ga, sine baculo sui pastoris, sine quacumq; remurmu-  
 ratione, seu remorsione corrā baculum pastoris, ut du-  
 catur ad illa pascua & non alia ad libitum suæ uolun-  
 tatis, sed ad quæcumq; pastor eam ducere uoluerit. Sic  
 herus claustral is ouis Christi propriæ voluntate ple-

## S P E C V L V M

se resignatus, studet obedire ouina simplicitate In omni-  
nibus iuxta regulam suæ professionis deo & suis si-  
perioribus dei uices gerentibus, sine dijudicatione ca-  
riosa atq; remurmuratioē periculosa regulæ & præ-  
ceptorum. Econtra nō ouis Christi est, sed lupus & ca-  
nis diaboli, subditus claustralit, qui huic baculo pasto-  
ris, id est, prælati remordet per impatientiam & mu-  
murationem ad obediendum. Quod quidem ex super-  
bia & præsumptione procedit: sicut sanies ex ulceris.  
Audiat qui huiusmodi est, quid flos doctorum Augia-  
stinius dicat de pertinacibus in suo sensu in epistola con-  
tra Faustum: Nimis, inquit, amare tententiam suam  
diabolica præsumptio est. Et iubedit ibidem: Vita homi-  
nes sumus, sed spe angelii sumus, quibus æquales in re-  
surrectione futuri sumus. Quamdiu ergo non habe-  
mus perfectionem angelii, non habeamus præsumptio-  
nem diaboli. Hec scilicet præsumptio angelos depre-  
fit, turrim euertit, linguam cōfudit, Goliām prostrā-  
uit, Aman suspendit. Nimium præcepis est qui intrare  
intendit, ubi alios cecidisse uiderit; & uehementer in-  
frenis est, cui non incutitur timor alio pereunte. Sen-  
Bonum est fugienda adspicere in alieno malo. Idem:  
Ex uirio alterius sapiens emendat suum. Contra hanc  
proprii sensus pertinaciam habemus memorabile exē-  
plum de sancto Moysi. Qui cum esset à deo cōstitutus  
dux populi, & facie ad faciem loquebatur cū deo, si-  
cūt amicus ad amicum suum, ac per ipsum plenissime  
de omnibus doceretur, quæ ad regimen populi per-  
tinent, maluit tamen hominis gentilis, Ietro uideli-  
cet sacerdotis Madian, consilij acquiescere, quam præ-  
prijs deseruire. Nam de indiscretione laboris cum ar-  
gueri cōtinuo acqueuit. Dixit enim illi Ietro: Non bo-  
nā rē facis, stulto labore cōsumeris, ultra uires tuas est  
negat.

Flos docto.  
August.

11. 11

Seneca.

Exod. 18.

negotium, solus non poteris sustinere & cetera, ut ha-  
 betur in Exodo. De hac etiam uirtute, scilicet regi de-  
 bere non proprijs sed prælatorum consilijs, sic dicit ue-  
 terabilis magister Ioannes Gerson cancellarius Pa-  
 trii, in tractatu suo de decē præceptis, pertractas quaes-  
 tum dominini præceptum, scilicet honora parentes tu-  
 os. Contra hoc, inquit, præceptum grauerter peccant  
 hi, qui nolunt superiorum suorum aut sapientiorū ac  
 quiescere consilijs proprijs iudicij innitentes. Proue-  
 nit quippe graue peccatum hoc ex inobedientia & de-  
 dignanti superbia, in deceptionem & errorem homi-  
 nem inducens. Contingit namq; sèpius, ut aliquis hō  
 taliter deceptus superbia, rāte se reputet sanctitatis,  
 ut humano consilio non indigere se credat. Fit proin-  
 de ut deceptus homo ille per austera nimis & in di-  
 sceratam abstinentiam, quam bonam esse credit, capi-  
 tis furiam aut aliam infirmiratem incurabilē malo si-  
 ne periturus incurrit. Quo corrā quilibet conuersus  
 ad dñi per feruētē charitatē ex humilitate debet se sup-  
 ponere alteri, ppter dñi, nō præsumens de seipso posse  
 noluntatem dei scire. Et difficile est, imo ut mihi vide-  
 tur impossibile quod talis dānetur, dāmō iuxta præ-  
 lati sui cōsiliū omnia desiderat ac laborat facere. Hac  
 illie. Videlicet mihi perutile imo & necesse, præsentili  
 bellulo interferere duodecim considerationes à predi-  
 cto eximio uiro magist. Ioan. Gerson in quadā epist.  
 cui dñ religioso ad instructionē suā missas, q̄s q̄sq; reli-  
 giosus pfessus, p serenatione cōsciētię sur̄ sedulo reco-  
 gitare debet. Cōsideret itaq; primo, q̄d dei puidētia,  
 q̄ in sui dispositiōe nō fallit, deduxit eū ad ordinē ce-  
 lebrē et ap̄pbatū, in q̄ iā ita pfess⁹ est post pficationē so-  
 litam ut resilire fas non sit. Faciat ergo de pia ne-  
 cessitate uirtutem gratuiam & meritoriam deoque

N. q̄sq; reū  
 sedulo rofime  
 Debz p̄sibl

## S P E C V L V M

acceptabilem, quia durum est si contra stimulum calicitret, sacrilegium quoq; si uoluntatem suam rursum usurpet, quā in superiorum suorū manus dedit. Cōsideret secundo religiosus quisq; quod iam sibi uiuem dum est non propria sed aliena uoluntate, quæ tamen originaliter a sua uoluntate recessit. Non enim quispiam cum ad profitendum coegerit. Sequēda est igitur deinceps aliena uoluntas, non præoccupanda, non docenda. Consideret tertio, quoniam dominus bonorum nostrorum non egēt, ac proinde melior est obedientia quam uictima. Propterea censeri debet pro regula generali, illud esse melius, illud pulchrius, illud nobilius, illud utilius, delectabilius & honestius, quod est obedientiæ proximius, sit illa res in qua obeditur uilis, abiecta, turpis, inutilis, laboriosa, uana, stulta, quam tu uilibet in honesta, peccato secluso. Exemplum

**Philip.** 2 fuit in domino nostro Iesu Christo, qui factus est obedientis usq; ad mortem, mortem autem crucis. Exemplum in Esaiā, qui regio genere & propheticō spiritu insignis ambulauit nudus, hanc existimans ut Hieronymus sententialiter dicit, supremam nobilitatē, deo obedere. Vnde & Agathes inculpara quod se gereret seruilem personam, respondit theologisans: Summa ingenuitas hæc est, in qua seruitus Christi comprobatur. Consideret quarto, quod aduersarius noster dia-

seruire Chri-bolus iuxta uerbum Petri tanquam leo rugiens circuio summa cuius quærens quem deuoret. Non habet autem efficiētius ingenitius machinamentum, quam si homini suadere posset disloquentiam sui status iam assumpti, iā professi, nunc sub uelamine maioris utilitatis in alia uocatione, ut in prædicando, nunc sub figmento contemplationis, nunc sub arrogantia scientiæ amplioris, nunc sub umbraculo quod omnia sunt inutilia quæ prosequitur, uig;

Vigilia, ieunia, cantica uocis cū similibus, quia deus solum inspicit cor, & ait. Et corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Ut quid denique hæc perditio unguenti, quod poterat uenundari multo? Dicit hoc sibi qui se docere alios præsumit idoneum, & clausus tamen in cella tenetur. Cōsideret quinto, quod omnia suspecta sunt tanquam a dæmonio meridianu[m] se transfigurat in Angelum lucis, ingesta & suggesta, quæ loci uel propositi mutationem ingerunt, & suadent directe uel indirecte, præcipue nisi manifestus sit in uia qua positus ambulabat obex eternæ salutis, quæ ponit solum creditur dum cum hac uia & ipsa nō sit salus. Cōsideret sexto quod schola religionis ualde distat a schola secularis inquisitionis. Dicbat hoc unus frater in meorum alteri fratri suo & meo, dum simul in ordine Celestinorum morarentur. Frater hæc non est schola theologie uel philosophie, sed christianæ disciplina: non uenisti ad doctrinam, sed ad disciplinam et bonitatem. Linque questiones scholasticas, quæ erudiant intellectum, satis tibi sint regulares observationes nostræ, quæ accendere debent affectum.

Consideret septimo, quod uiatores hic siuus non comprehensores. Sit igitur uiator ut uiator, non quærat hic quæ pro præmio in uia questio dantur in patria, comprehensionis scilicet diuinitatis sine phantasma te, sine labore, ubi nec languor, nec senium, & cetera. Dicamus cum Apostolo: Nihil iudicauit me scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Sufficiat nobis hic corporaliter ambulantibus per corporalia transire per fidem & charitatem in æterna. Siquidem in speculo & enigmate, quo usq[ue] ueniat dies illa, ubi sponsus pascit & cubat in meridie, q[ui] si uicinius facie ad facie, sicuti est, & similis ei prorsus

Quæstiones  
scholasticæ  
linquendæ  
monacho.

## S P E C V L V M

erimus. Cōsideret octauo, quod in illa die prīmi spe-  
cialis examinis & nouissimi generalis nō interrogabi-  
mūr, qātū fuerit intellectus noster acutus & eruditus,  
sed qualis tuerit & quam simplex quam pius & spon-  
taneus humilis & deuotus ad deum noster affectus;  
dēmum quam efficax & obsequiosus in eius mandatis  
effectus. Hoc uiderat qui dicebat: Omnis consu-nati-  
onis uidi si nem latum mandatum tuum nimis. Quod  
Psal. 115. quidem mādatum est charitas non cogaoscendi uani-  
tas. Consideret nono ex prēmissis, quoniam omne  
studium suum resoluti debet ad effectum, ut nihil stu-  
deat, nihil legat, nihil cantet, nihil meditetur, quod  
non ordinetur ad inflammationē affectus, quoniam  
in hac inflammationē cōsūtit supremus apex theolo-  
giae iustitiae traditae per Dionysium & reuelatæ sibi  
& alijs per spiritum sanctū. Sed neque fugabuntur fan-  
tasmati per studium, sed per desiderium per effectum  
scilicet & non intellectum, quoniam necesse est intelli-  
gentem fantasmati speculari. Consideret decimo,  
quod hæc inflammationē affectus non expectata est ab  
homine, propterea non suspireret ad hunc uel illum  
doctorem, præsertim uiatorem, ut dicat felix essem ex  
conuictu talis unius. Suggestiones huiusmodi saepe  
sunt diabolice procurantes inquietudinem. Scio ex-  
pertus de quodam professo, qui prius ardentis studi-  
iā seculo de progenie nedum illustri sed regia, con-  
querebatur, quod tempore suo non esset alter Hiero-  
nymus, quem posset audire peruenturus ex eruditione  
sua ad scientiæ perfectionem, quasi non esset tempore  
suo doctor etiā in ianuis q sufficeret doceret eū, quasi  
propterea religionem intrasset, non ad lamentū, sed  
ad documentum. Recolo tristis, quod dum pia solli-  
citudine dicerem, me iūspicari ne talis ardor sciendi c  
et

S V B D I T O R V M      Fol. 46.

Set ab instinctu malo, respondit indignabundus quæ  
uoluit & recessit. Quo benedictæ deus quo recessit? O  
quam paulopost tempore factus apostata sub spe  
tie religionis arctioris, tandem absque uilo uerecun-  
dæ uelo habitum omnem religionis abiecit. Misere-  
atur illius imo & mei & omnium nostrum deus, cum  
periculum par aut maius seclusa pietate dei imminet  
ceruicibus nostris. Sit hoc inductum non ad contu-  
miliam uel improperiū, propitius sit deus, sed ad cau-  
telam & exemplum non plus sapere quam oportet, &  
ut semper meminerimus psalmi illius: domine nō est Psal. 130.  
exaltatum cor meum, &c. Consideret undecimo iu-  
xta præmissa, qualis exercitatio sibi tenenda sit. Pri-  
ma siquidem ut adimpleatur opus dei, sic enim nomi-  
natur in regula ecclesiasticum officium uel seruitium  
Deinde si quid erit residuum temporis ordinatur ad  
uacandum sibi post necessitates corporis quæ multæ  
sunt. Hoc sub breui uerseculo complexus est documen-  
tum aliquis dicens: Fac opus iniunctū, deinde uacato-  
ribi. Sit tñ adhuc ista uacatio taliter practicata in o-  
cio deuotiōis, ut nō reddat ineptū g̃ lachrymas aut ali-  
am corporis uel cerebri debilitationē exercitiū actio-  
nis in officiis et canticis. Consideret postremo qđ ex quo  
monachus fact⁹ est & desit esse secularis, ut monach⁹  
saluabitur, aut aliter omnino non saluabitur. Sed heu  
sicut conqueritur Petrus Blesensis: Legimus in libro  
quotidianorum euentuum, quod in his qui euomue-  
runt seculum, frequenter amor seculi recidiuat, sua-  
que reædificantes Iericho, quam in primitiua con-  
uersione subuerterant, ignem & cineres ambitionis  
fuscait iam sopitas, ppriāq; uoluntatem repetunt,  
quam pro regno cælorū uendiderūt. Hac ambitione &  
ppriāq; uoluntatis gracia periclitat̃ frequenter sciolit̃. Epist. 141.

## S P E C V L V M

qui putant se aliquid scire, quos pauca literatura sus-  
tacit insanos & praevaricatores obseruantia regula-  
ris, & iuxta Apostolum semper discentes, & nunquam  
ad ueritatis scientiam peruenientes. Siquidem de cau-  
sa illuminacionis fecerunt sibi materiam cecitatis In-  
gressi enim præruptam propriam sensus & sentimenti  
uiam, in qua nihil non tenebrosum, nihilque non lu-  
bricum est, ruunt in profunda mortis per præcipia  
propriæ uoluntatis. Altera quippe sapere mors est, & fa-  
cile pericitatur qui se in alto perspiciens obstupescit.

**Eccle. 19** Sed iuxta uerbum sapientiae, melior est homo mino-  
ratus sapientia & sensu deficiens in timore, quam qui  
abundat sensu & transgreditur legem. Hæc dilectissi-  
mi fratres, pio corde meditantes, sapientissimi. Salo-  
monis semper memores estote consilii, qui uniuersos

**Proph. 3** admonet dicens, ne innitaris prudenter tuæ. Vbi Hiero-  
nimus dicit, quod prudenter suæ innititur: qui ea quæ  
sibi agenda uel dicenda uidentur, patrū decretis præ-  
ponit. Nō talis erat uenerabilis ille Lanfrancus cathe-  
ariensis archiepiscopus omni scientia seculari perfe-  
cte imbutus, in cuius gestis legitur, quod quadam die

*M. Lector  
H. se. Romste  
verapinare. Ep.  
san. Gerardo*  
Nunc dixit monachus in lectorio Herluini ad mensam lege-  
ret, quoddam inter legendum dixit sicut dicere debu-  
it, quod præsidenti non placuit, & aliter dicere iussit,  
uelut si dixisset docere media producta, sicut est, & iu-  
beret eam breuiari. Non enim prior ille literatus erat  
Sed uir sapiens & sciens magis obedientiam in Christo  
debere, quam Donato dimisit quod bene pronun-  
ciauerat, & dixit quod recte dicere iubebatur. Exem-  
pli huius sancti descendere debet uerus obedientis per-  
sonis, ut sapienter nouicius & inscius uideatur. Con-  
etur obedire Hieronymo monenti; Discamus in terris  
quorum

## S V B D I T O R V M   F o l . 4 6 .

quorum nobis scientia persequeret in cœlis, Quæ autem  
scientia hæc sit in terris discenda, declarat Bernardus Bernard.  
super missus est, dicens: Disce terra subdi, disce humi-  
liari. Ita propriam uoluntatem euomas, ut non reuer-  
taris ad uomitum, ita te configures & complantes si-  
militudini & obedientiæ Christi, ut sis mortuus mun-  
dico, mortuus à corde tuo, & uita tua feliciter abscon-  
datur in Christo. Obedientia quæ filium dei decuit,  
non sit quæsio, tibi dedecori. Non est enim seruus ma-  
ior domino suo. Hoc ergo in te sennetias, qd & in Chri-  
sto Iesu, qui cum in forma dei esset, formam serui ac-  
cepit, & usque ad ignominiam crucis & pœnam cur-  
sum obedientiæ limitavit. Tu uero columiliatus &  
compaupertatus domino maiestatis, uagum & liberum  
tuæ uoluntatis arbitriū subiace, p eo grauitate seruituti.  
Si recolas, quanta sustinuerit pro te & si milles te dare  
posse ad mortem, non sufficeret ramen ad paria re-  
spondere, quid enim retribuet puluis et uermis domi-  
no gloria, qui pro eo animam suam in morte conclu-  
dit, ut beatitudine frueremur, quam nec oculus uidit,  
nec auris audiuit. Ea propter omni propria uolunta-  
te deposita studeas moribus & uita implere Carthosi  
ensem & monachum. Dicit sanctus Fulgentius episco-  
pus: Veri monachi sunt, qui iustificatis uoluntatibus  
suis parati sunt, nihil uelle, nihil nolle: sed abbatis tan-  
tummodo cōsilia uel præcepta seruare. O quot immis-  
siones facit per angelos suos malos—Lucifer princeps Psal. 77  
renebrarum aduersus hanc præclaram uirtutem scili-  
tet sanctam obedientiam. Circuit Sathan iste querēs  
quem deuoret. Inuenit religiosum deditum obedien-  
tiz, si potest auerrere satagit, ut iste sub intentione bo-  
ni scilicet uacādi suauiori & crebriori deuotioni post-  
ponat opus iniunctum. Sic impellit iste neq, scit enim

S. Fulgentius

¶

## S P E C V L U M

quod inutiliter, imo noxie sūt nō iussa, præceptis &  
 iniunctis omissis. Indiscretus importunus est prælatus  
 ait insultas dēmon, & murmur inducēs cōtra præposi-  
 tū, ut mētē subditi faciat dissuauē, & ex iēdio retardet  
 iniūciū obediētiae opus. Sed scit uere obediēs, q̄ neque  
 sterilitas iniūcti operis, neq; importunitas aut ignorā-  
 tia præsidētis adimit meritū obediētię. Scit, qđ qui pre-  
 cipientē prælatū iudicat terrā sursū, calū uero decor-  
 sum uertit, & codē instati factus est iudex & reus, dñs  
 & seru⁹. Scit deniq; uere obediēs, q̄ q̄ possidet in se p̄p-  
 riā uolūtatię, & tērtiōes suas p̄lato suo abscōdit, tenet  
 infra uiscera sua dānationis morte. De prædicta mate-  
 ria utilissima sic admononere curauit magistri. Gerardus  
 groet carthus. illū, de quo supra: Monachus, inq; dē-  
 bet humiliter esse obediens superioribus & suo sensu  
 nō innīti, nec suæ discretioni uel exercitio spirituale  
 sed ea deuotio et exercitio uti quā uel superiores sua-  
 dent, quia hoc securū utile humile & fructuolum est.  
 In hoc enim suæ uolūtari renūciat. Nā perfectius est  
 facere minus ex obediētia, q̄ maius ex p̄pria uolū-  
 tate, & efficit illud minus bonū maius bonū. Multi ca-  
 dūt, qui p̄pria sequunt uolūtatię, & sunt quasi p̄prika-  
 ti sciplos possidētes. Possidere aut p̄pria uolūtatię uel  
 p̄priū sensum, uerior est apostasia atq; deterior, q̄ re-  
 linquere habitū uel claustrū, q̄a essentialius est religiōs-  
 uorū obediētiae, q̄ locus aut habitus. De huius obedi-  
 entiae uoto ab omnibus religiosis p̄fessis fideliter red-  
 ēdo admonitio datur in Deuterō. Votum qđ uoueris  
 deo nō tardabis reddere. Ratio dat Ecclesiasti. 5. Qđ  
 deo displacest infidelis & stulta promissio. Periurium est  
 enim iuramentū frangere, ut dicit sanctus Thomas se-  
 cūda secūdē in materia de uoto, sed nō reddere deo uo-  
 to infidelitas est longe detestabilius peccatum, q̄ perit  
 Obe-

Deuter. 34.

## S V B D I T O R V M      Fol. 48.

Obedientiae autem obseruatio sumitur a consilio saluatoris apud Matthēum. Si quis vult post me uenire, Matth. 16.  
 abneget se metipsum, & tollat crucem suam: & se sequatur me. Ille enim solus perfecte se abnegat, qui propriæ uoluntati plene renunciat. Voluntas enim ita in hominis potestate est, quod a nullo alio extorqueret potest. Nullum igitur tam suave holocaustum deo offerri potest, sicut præscindere a se illud, quod sum meum est, dominium scilicet propriæ uoluntatis. Et se quitur in predicta epistola: Verba præcepta & consilia debet monachus a superiori accipere prompta uoluntate, ac si a chio deo met perciperet. Nam deus sua prouidentia prouidit & ordinavit ab initio, quod in talis tempore talis monachus per obedientiam talis superioris saluari debeat, & qui in hoc resistit, ordinationi diuinæ ressistit. Non enim sine causa & utilitate magna superior potestate potest. Non enim haberet potestatē, nisi esset ei data desuper. Etiam si superior malus esset, dummodo recte in oppositū diuini præcepti minime præcipiter, audacter & confidenter superiori corfice, & qualē te habet, talē te reputa. Si te condemnauerit, te cōdemna, si te iustificauerit uel saluauerit, in uirtute dei & superioris & eius meritis ac iustorū precibus te solutū & iustificauit habe. Hac ille. Formā etiā huius perfectæ obedientiæ & plenæ resignatiōnis uoluntatis propriae in illa famosa & uirtuosa domina Crise de Italia habes, quæ præceptū aliqd cīq; audiens à uero suo respondit: In ipso, inquit, domus tuæ introitu uestes totaliter & uoluntates affecti usque meos exui, tuos indui. De omni ergo se quidquid tu uis & ego uolo, nec consensum mecum queras de ulla re. Nēpe si uentre tue uoluntatis essem p̄scia, etiā qdqd id esset, ante uelle & facere inciperim, q̄tu uelles auctoriter præcep̄

Criseldis ī-  
talē insignis  
erga maritū  
obedientia.

## [S P E C V L V M

peres. Nunc autem animum tuum quem praescire non possum, libens sequor. Sic secundū Bernar. ucrus monachus operando praeuenire debet uoluntatem & praeceptum sui prælati. Est igitur sciendum, quod secundum Thomam cuilibet religioso est uoluntas sui superioris præceptum, non tantum illa quam ex uerbis suis exterius audit, sed etiam illa quam interius in corde interpretatur seu intelligit. Et ergo tenetur quilibet religiosus in omnibus agere, non solū sicut audire prælatum suum dicere aut præcipere, sed etiam sicut interpretatur & estimat ipsum uelle. Vñ Climachus Quando absente eo qui prætest, uultum ipsius imaginamur hunc nobis adserere purantes, & omnem collocutionem, uel sermonē, uel cibum, uel aliud quippiam, quod eum suspicamur odire in nobis, auertimur, tunc cognoscimus quia legitimam obedientiam uere exequimur. Et iterum: Stuere præelegisti, inquit, tolle re Christi iugum, ante omnia te uolo obedientiam exercere. Sicut enim ferrum fabro, ita & monachus ipsum tradere debet & subiectus esse prælato. Excite nos ad hanc perfectam abnegationem sententia beati Augustini sic dicentis: Quicumq; secundum se uult uere & non secundum deum eiusque uicarium, similis est diabolo, qui secundum seipsum & non secundum deum superiorem suum uiuere uoluit. Item Bernardus: V& semel & u& iterum crucem domini portantibus, & non sequentibus illum. Christus ne perderet obedientiam, perdidit uitam. Vos estis charissimi fratres, qui portatis crucem domini multiplici rigore et labore ordinis, sub cuius regula professi estis, sed ipsum minime sequimini, si non penitus uoluntates proprias abnegaris. Quam prompti autem & perfecti esse debet, o dilecti filij, mihi indigno peccatori commis

S V B D I T O R V M      Fol. 49.

missi in hac uirtute obediētiæ, perpendere potestis, Professio  
ex eo quod monastica professio à sanctis dicitur secū  
dus baptismus, & hoc propter uotum obediētiæ cum  
abrenuntiatione totius propriæ uoluntatis quod ex-  
cedit omne genus satisfactionis etiam publicæ pœ-  
nitentiæ, ut habetur in decretis distinctione 33. quæ  
stione 2. canone ammonere. De quo sic scribit magi-  
ster Gerardus Groet ubi supra: Item cōfide quod per  
introitum religionis cum prōposito perseverandi &  
murmurandi uitam, qui est quasi secundus bapt̄simus se-  
cundum Bernardum in libro de præcepto & dispen-  
satione, & etiam secundū alios doctores, & ut in colla-  
tionibus patrum habetur, remittuntur tibi tā quo ad  
culpam q̄ ad pœnam penitus omnia peccata. Et ergo  
sic renatus denuo & de nouo mundatus & rebaptisa-  
tus in spiritu, custodi te deinceps forti custodia. Hę  
omnia, dilectissimi supradicta intelligentes ac opere  
perficientes ueri carthusiēles sumus ueriq; Abrahæ pa-  
tris obediētiæ filii, & in consortium filiorum dei ue-  
raciter adoptati, quia & omnes sanctæ religionis pro-  
fessores qui nos præcesserunt, per hanc uirtutem per-  
fecte obediētiæ iustificati sunt, membris Christi ef-  
fecti, qui dixit: Non ueni facere uoluntatem meam,  
sed uoluntatem eius qui misit me. Ioannis sexto. Ex  
emplo huius uerbi obediētissimi domini nostri Ie-  
su, & etiam uerbi præsumpti, scilicet, pater si uis, trās-  
fer calicem istum à me. Veruntamen non mea uolun-  
tas fiat, sed tua, dicat semper uerus obediens ad præla-  
tum suum: Fiat uoluntas tua non mea. Hoc namq; uer-  
bum benedictus Iesus ad patrem suum in humili sua  
annulatione locutus est. Et hoc uerbum erat Christo  
delectabilius & honestius, deo patri amabilius, nobis  
que utilius & diabolo scandalosius, quam aliud quod

G

cuncti

## SPECVLVM

eu[n]que uerbum quod Christus unquam dixerat, qui  
in abnegatione sua uoluntatis secundum humanita-  
tem omnes redempti sumus & saluati. Adhuc replico  
sic. Religiosus quilibet professus diligēs reddete deo  
perfectie uota sua quæ distinxerunt labia sua & preci-  
pue uocum obedientiæ, propter quod maxime sibi re-  
mittuntur omnia peccata cōmissa in seculo, quia status  
monasticæ religionis propriissime dicitur status  
penitentia. Quod ut conuenientius ostendatur, acci-  
piendum est illud quod dicit Augustinus decimo  
de ciuitate dei uidelicet quod religio non quemlibet,  
sed cultum dei significare uidetur. Cultus autem soli  
deo debitus in sacrificiis oblatiōe ostenditur. Offertur  
autem deo sacrificium de exterioribus rebus, quan-  
do eas aliquis propter deum largitur, secundum illud  
ad H[ab]raeos ultimo: Beneficentia & cōmunionis no-  
lite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur deus  
Offertur etiam cib[us] deo de proprio corpore, dum scilicet  
qui Christi sunt carnem suam crucifigunt cū ui-  
cis & concupiscentijs, ut Apostolus dicit ad Galatas  
Exhibeat[ur] corpora uestra hostiam uiuentem deo pla-  
centem. Est autem etiam sacrificium tertium deo acce-  
ptissimum, quando aliquis spiritum suum offert deo,  
secundum illud Psal. Sacrificium deo spiritus contri-  
bulatus. Sed sciendum, quod sicut Gregorius, super Es-  
zechielē dicit hoc inter sacrificium & holocaustum  
differt, quod omne holocaustum sacrificii est, sed non  
omne sacrificii holocaustum. In sacrificiis enim pars  
pecudis, in holocausto uero totū pecus offerri coiu-  
nit. Cū ergo suū aliqd alijs deo uouet et aliqd nō uo-  
uet sacrificii est. Si uero omne qđ habet, omne qua-  
uiuit, omne quod sapit omnipotenti deo uouerit ho-  
locaustum est. Quod quidem impletur per tria uota  
monastica

Galat. 5.

Rom. 13.

No 2 vnu de P[ro]p[ter]a  
R[ec]onciliatio[n]e  
G[ra]m[mat]ica

monastica, uidelicet paupertatis, continetiae, & obedi-  
 entiae. Vnde manifestum est, eos qui huiusmodi uota  
 emittunt, quasi propter holocausti excellentia anto-  
 nomatice religiosos uocari. Per sacrificij alit oblationem  
 secundum legis mandatum satisfacere oportet pro  
 peccatis, prout in Levitico expresse iubetur. Sicut igitur  
 holocaustum est perfectum sacrificium: ita per uota  
 premissa homo perfecte deo satisfacit, cui de exterioribus  
 rebus et de proprio corpore & de proprio spiritu  
 holocaustum offert. Ex q[uod] patet, quod religionis statu  
 non solu[m] perfectione charitatis, sed etiam penitentiae per-  
 fectione continent, intantum, quod nulla peccata sunt  
 tam grauia, pro quibus posset imponi pro satisfactione  
 religionis assumptio, quasi religionis statum om-  
 nem perfectionem satisfactionis transcendentem: tamen  
 in commutatione satisfactionis quantucunque gra-  
 uis, consultitur religionis ingressus, ut patet. xxxiiii.  
 q[uod] n[on] ca. amonere, ubi Stephanus papa quendam qui ux-  
 rem suam interfecerat, inducit ut ingrediatur monas-  
 teriu[m], & humiliatus sub manu abbas cuncta obser-  
 uet quae sibi fuerint imperata, alioquin iniungit sibi  
 grauissimam penitentiam si elegerit in seculo remanere.  
 Igitur ut illi qui statu[m] religionis ad penitentiam pera-  
 gendam ingressi sunt, deo per uota premissa perfecte sa-  
 tisfiant, holocaustu[m] de exterioribus rebus & de pro-  
 priu[m] corpore necnon de proprio spiritu offerentes pro-  
 pter uotu[m] obedienciam q[uod] professi sunt, ceterum ipsi quae ad-  
 modum in regula beati Benedicti habent, uoluntate propria o-  
 dire, alterius sequendo uoluntate preceptis abbatis in om-  
 nibus obedire, etiam ipse q[uod] absit aliter quam debet agat  
 memores domini precetti, q[uod] est quae dicit facite &c. Omnes  
 boni non quilibet homin[us], sed ipsum dominum in hoc principitate  
 audiunt obediens, ideo audiunt utiliter etiam qui utiliter

Matt. 23.

## SPECVLVM

VI

agunt. Multis itaq; prouent docendo, quæ nee facili<sup>s</sup>  
sed longe plerisq; prodecent faciendo quæ dicunt, Do-  
ctrina enim magistri uel doctoris nunq; est accepta  
quo ad mores saltet, nisi prius eius uita fuerit appro-

**Greg.** Super bara, iuxta dictum Grego. Sermo docentis dulcedine  
**Ezech.** non habet, quem uita reproba intra conscientiam re-  
mordet. Item ibidem: Qui uerbum dei loquitur, prius  
studeat qualiter uiuat, & postea colligat ex uita, quæ  
& qualia dicat, quia ad hoc ut seruetur ueritas prædi-  
candi, necesse est ut teneatur altitudo uiuendi. Pro  
omnibus his iam dictis atq; dicendis, filios obedientie  
meæ & omnes ac singulos, ad quos forte præsens tra-  
statulus peruenire contigerit, rogo in uisceribus Chri-

**Philip. 2.** Si, & in charitate non sicut a. hoc sentire in se, quod &  
in Christo Iesu, ut sicut pro nobis exinanitur se formæ  
serui accipiens, sic se pro Christo humilietur in obse-  
quium seruitutis, ut exhibeant corpus suum hostiam  
uiuam, sanctam, deo placentem, ut tota eorum sensua-  
litas à ratione absorpta spiritui subiectiatur ad serui-  
endum deo uiuēti. Sensualitas est mulier, ad quam di-  
citur: Et ad uirum erit conuersio tua. Tota itaq; ratio  
humilietur, totus intellectus captiuetur in obsequium  
Christi. Indixistis propriæ carni bellum, contenden-  
tes non esse quod estis, & recuperantes fortiter quod  
in prima origine perdidistis, ut rapiatis per uiolenti-  
am regnum celorum, & intrudatis uos in hæreditati-  
tem sanctorum. Cum S<sup>r</sup> maritana reliquistis hydriæ  
concupiscentiæ, & in uobis spiritualem uestram Hieri-  
cho destruxistis. Sicut scriptum est: Maledictus qui re-

**Ioan. 4.** ædificat Hiericho: Tu igitur charissime frater, qui te  
**Iosue 6.** dedisti professioni monastica<sup>m</sup>, manu tuā misisti ad for-  
tia, utere consilio sapientis, & insice in compedes pede-  
tuum, ne accedieris à vinculis eius. Recolas, quia uis  
obt

dicens testimonio sapientiae loquitur uictorias, dum de  
 diabolo per obedientiam bonum de mundo ac de sci-  
 ps triumphat in Christo. Sine omni exceptione, sine  
 omni murmurata faciat regulæ professor quod  
 iniungi: ur sibi. Quid uero uel quale, uel quantum, sit  
 quod iniungitur, non discernat, alioquin presumit com-  
 edere de ligno scientiae boni & mali. Nihil ergo di-  
 scernat. Sit indiscretus, ut intelligat: sit stultus, ut sapi-  
 at: nec reputet iniuriosum, si quandoq; correctione co-  
 tristetur aut uerbere, qui per inanem laetitiam immo-  
 deratus frequenter se recolit excessisse. Omnis disci-  
 plina in praesenti amara est, sed in futuro facit fructum Heb. 12.  
 pacatissimum iustitiae. Lentescens in via domini a pa-  
 store suo durius increpari sustineat, stercoreibus enim  
 boum lapidandus est piger. Qui ergo spiritu dei duci-  
 tur, cum æquanimitate sustineat corripientem magi-  
 strum, & si dura sunt ei que audit, reputet se duriori-  
 bus esse dignum. Impunitas equidem est negligentia  
 filia, concubacia mater, radix peccati, nutrix inobedie-  
 ntiae & propriæ uoluntatis, mortis æternæ preambu-  
 la, preparatrix inferni. Per impunitatem subditorum  
 malitia conualescit. Per hanc in suis stercoreibus mi-  
 seri computrescunt, atq; peccatorum suorum bibentes  
 urinam, gloriantur cum malefecerint, & exultant in  
 rebus pessimis. Sane prælati consilia & mædata, ac ter-  
 ribilia dei iudicia uerba reputant, nec mortis æternæ  
 supplicia timent, donec perniciose nimis experimen-  
 to cognoscat per in terminabiles craciatus, quod obe-  
 diendo acquiescere aut timere noluerant. Ponite er-  
 go corda uestra super uias uestras, ne sitis terra proxi-  
 ma maledicto, quam percutiat dominus spiritu oris psal. 5.  
 in suis operibus comprehendet, cum singulari tamen

G      iii      distri

# S P E C V L V M

Leuit. 19.

districtione sicut iudicium de religiosis & claustratis  
bus, quos deus segregauit in hereditate sibi. Vnde ipse  
dicit Leuitis in figura religiosorum: Eritis, inquit, tam  
et mihi, quia ego sanctus sum, & separavi uos a cetero  
ris populis ut essetis mei. Curemus igitur charissimi,  
ut quales humano ore & iudicio dicimur ac reputa-  
mur, tales in oculis dei ueraciter simus, atque in iudicio  
extremo inueniamur. Nam cum in iudicio Christus cor-  
pus suum exhibuerit pro salute nostra suscepimus, pra-  
mostra absolutione damnatum, pro nostrorum uulne-  
rum medicina clavis & lancea perforatum, atque allega-  
uerit haec omnia se passum, ut non esset nobis obedi-  
tia laboriosa, quid erit quando contra nos liuores &  
cicatrices in accusationem, & damnationem nostram ino-  
bedientiae & pertinacie proferentur? Haec Petrus Ble-  
sen. Prædicta Petri Blezen. scripta sanctus Estrem dia-  
conus confirmat dicens: In futuro iudicio secularis ho-  
interdum excusationem obtinet, utpote qui in seculo  
est colligatus. Nos autem quid dicemus, in quibus nos  
deuinctos fuisse causabimur timendum est ac tremen-  
dum, ne forte qui hic nos constitutos laudibus esse-  
gut, illic nos subsannare incipient: & quod nos hic beatifi-  
cant, illic nos similiter exprobreant. Sicut enim immen-  
sa gloria monachis perfecte obedientibus & deo secu-  
dum regulæ suæ institutionem fideliter seruientibus,  
tunc cohærentibus in futurum promittitur: ita paucæ  
grauiissimæ præparantur his, qui tepide eam negligi-  
terque fuerint executi, & secundum hoc quod professi sunt  
uel ab hominibus esse creduntur, fructus cōgruos san-  
ctitatis eidem exhibere neglexerint, quia maledictus

In epist. cap.

240

homo qui facit opus dei negligenter. Et

tātu de secundo membro primi

principalis.

Quod

Hier. 48.

*Quod propria uoluntas nocet  
proprio subiecto.*

## CAP. III.

DICEBAM tertio, quod propria uoluntas no-  
cet proprio subiecto, id est, ei in quo est: et hoc  
multipliciter. Primo auferri ei dei beneficia. Vnde  
Gregorius: Dignum est, ut ab eius beneficijs quilibet  
sit extraneus, qui eius iussionibus non uult esse subie-  
ctus. Sed qui prælato suo dei uicario non obedit, nec  
deo obedit, ut superius dictum est. Vnde beatus Ber-  
nardus dicit: Quidquid uice dei præcipit homo, quod  
certum non est displicere deo, omnino sic accipiendū  
est, ac si præcipiat deus. Secunda propria uolunta-  
tis mala cōditio est, quod pœnam habet. Vnde beatus  
Benedictus in regula describendo secundum humili-  
tatis gradum dicit: Secundus humilitatis gradus est, si  
quis propriam non amans uoluntatem, desideria sua  
non deleetur implere, sed factis imiretur uocem illā  
domini dicentis: Non ueni facere uoluntatem meam,  
sed uoluntatem eius qui misit me. Item dicit scriptu-  
ra: Uoluntas habet pœnam, & necessitas parit coronā,  
id est, uoluntas utiq; propria habet pœnā, & necessitas  
dei uoluntatem faciendi & prælari subaudis parit co-  
ronam. Hoc autem ad iustum dei legem pertinet, ut  
qui non uult suauiter ab eo eiusque uicario regi, per-  
maliter à seipso regatur, quicq; sponte iugum suaue &  
onus leue charitatis & obedientiæ abhicit, propriæ uo-  
luntatis onus portet iuuite. Iussisti domine, ait quidā,  
& sic est, quod omnis inordinatus animus sibi pœ-  
na est. *Nec necessaria ista necessitas, scilicet faciendi no-*

G ùn iugum

*Hoc voluntate  
v. v. p. a*

*Gratia*

*Ioan. 6. 1*

## S P E C V L V M

Lib. 8. capi. luntatem alterius, quæ parit coronam De hoc in Po-  
lycratico sic pulchre scribitur Mundus inobedientia  
24. filii plenus est, eo quod in tanta multitudine homi-  
num pauci sunt, qui non famulentur propriæ uolu-  
tati: sed laboriosæ uoluntatis nexibus non impliciti,  
aut nulli aut pauciores sunt. De loco uoluptatis exclu-  
sus est homo, ex quo inobedientia præualuit, eo quod  
uita iucunda & tranquilla frui non potest, cui corporis  
uoluntas propria dominari. Maluit facere quod libu-  
it, q̄ quod ius ius est, & projectus in locum miseriarum, in  
terram laboris missus est, ut ei & semini suo terra spi-  
nas & tribulos germinaret, & in sudore uultus come-  
dat panem suum, qui in rectitudine uoluntatis obedie-  
ens sine difficultate & labore plenam poterat habere  
uoluptatem. Siquidem ad necessitatem et uoluptatem  
parata inuenerat omnia. Vultus autem dicitur à uolen-  
do, & sudor eius labore & angustias indicat corru-  
ptæ ac propriæ uoluntatis. Hæc ibidem. Non ergo co-  
temnamus fratres, semen modicū est propria uoluntas,  
sed magnus exinde fructus cōsurgit. Semen omnium  
malorum propria uoluntas, obedientia vero extirpa-  
uit illud. Qui nouit obedientiam, nouit portam uirtu-  
tum, ipsius ignarus regni uitiorum est ciuis. Si ab ino-  
bedientia sunt mala uisibilia & inuisibilia simul exor-  
ta, certum est obedientiam bonorum omnium esse  
germen. Tertio, propria uoluntas ei, in quo est au-  
fert fortitudinem resistendi carnis uitii & temptationi  
bus & auferendi uirtutes. Vnde beatus Eusebius ubi  
supra: Dubium non est, quod uires inobedientibus di-  
uinitus subtrahuntur. Idem dicit beatus Bernardus:  
Qui suo ducitur arbitrio, diuino caret consilio & au-  
xilio. In cuius rei figura Saul quia contra præceptum  
Samuelis sacrificium obtulit, & Agag regi & pingui-

Euseb.

bus

das contra præceptum domini parcere uoluit, fuit à 1. reg. 242  
 domino reprobatus & debilitatus ad resistendum Phi-  
 listæis. Similiter Ofni & Phinees, quia noluerūt obe-  
 dire uoci Heli patris lui, fuerunt à Philistæis interfe-  
 eti, quamquam præsentem habuerūt arcam dei. Econ 1. reg. 4.  
 tra uero obedientes uictoriam uitiorum & tentatio-  
 num in mundo pro mercede recipiunt, & exultatio-  
 nem in cælo. Juxta illud Proverbiorum uigesimopri-  
 mo: Vir obediens loquetur uictorias. Et eiusdem ui-  
 gesimonono: Filius uerbum custodiens extra perditio-  
 nem erit. Obedientię adseribitur uictoria. Non enim,  
 dicit Salomon, uir prudens loquetur uictorias, uel uir  
 doctus, sed uir obediens loquetur uictorias, scilicet de  
 diabolo, carne, & mundo. De quo pulchra habetur fi-  
 gura, Numeri uigesimoprimo: ubi legitur quod Isra-  
 el non potuit uincere Seon regem ammoræorum, do-  
 nec uentum est in Iasa. Israel uir uidens deum uirum  
 claustralē significat. Seon rex Ammoræorum de-  
 signat diabolum, quia Seon interpretatur eleuatus.  
 Iasa interpretatur impletio mādati. Israel ergo Amor-  
 æorum regem non superat, donec uentum est in Ia-  
 sa, quia uir claustralē nisi per impletionem manda-  
 torum sui prælati de diabolo non triumphat. Vnde  
 Naum primo, unicuique religioso ut saluus esse pos-  
 sit ab inimicis suis tentatoribus consulitur: Redde Iu-  
 da uota tua, & non adiicit ultra ut pertranscat per te  
 belial, id est, diabolus. Votum enim nostrum principa-  
 le est ipsa obedientia. Sed neq; de carne sua per castita-  
 tem religiosus quisq; triumphare poterit, nisi uirtu-  
 te obediē iq;. Vnde August. Si semper anima staret sub  
 dñō suo, semper & caro obediret animæ dñę suę. Noli  
 ergo mirari, si ea scilicet anima, quæ deseruit superiorē,  
 id est, deū, pœnas patit per inferiorē, scilicet carnē.

G v Idem

Votū prin-  
cipale obedi-  
entia.

## S P E C V L V M

Idem de ciuitate dei, lib. 5. cap. 13. Postq; inquit, precepti facta est transgresio, scilicet a primis parentibus, cõfestim gratia deserente diuina, senserunt nouum motum inobedientis carnis suæ, tæq; reciprocam penam inobedientie sue. Iam quippe anima, quia superiorē dñm suum suo arbitrio deseruerat, inferiorē famulū ad suum arbitrium nō tenuerat. Idem ait Isidorus lib. primo de sum. bono: Nō erit, ingt, caro subiecta animæ, nec uitia ratiōi, si animus nō est subditus creatori.

Cassiod.  
Cassiodorus super psal. 104. Talis uicissitudo recipitur, ut qui amāti dño seruire noluerint, odientibus inimicis iusto iudicio probaretur esse subiecti. Quare propria uoluntas euacuat merita eius, in quo est. Unde cum quidā murmurarent cōtra deū dicētes: quare iejunauimus et nescisti: humiliauimus animas nostras & nō aspexisti: respōsum est eis ideo, quia in diebus ieiuniorum uestrorum inueniuntur uoluntates uestre. Ecce charissimi, uidemus per inobedientiam animorum opera nō respici, ieiunia nō audiri, uota non suscipi. Vnde Bernar. Grande malū est propria uoluntas, qua sit ut bona tua bona nō sint. Quamobrē dicit etiā Eusebius ad monachos: Illum diem tātum uixisse te computa, in quo uoluntates proprias abnegasti, in quo defideris, restitisti, quem sine ulla regulæ transgressione duxisti. Cogitemus quam dura & dolenda animis conditio sit omni intentione studium laboris impendere, & frustum nō recipere post laborem. Si enim nos de uigiliis, de orationibus, de celebrationibus reuerentes inobedientię passio, scilicet spiritus inuidiæ, si cōsuetudo obrestationis excipiat, aizania tritico miscuimus, quod uidebamur congregare dispersius. Spem messis aubus ferisque donauimus, ac sic laborem totius diei & noctis uno momento effudimus.

Hab. 5.

¶ uerificatur in unoquoque nostrum illud Michæl: Mich. 6.

Tu feminabis, & non metes: tu calcabis oiliuam, & nō  
tangeris oleo: & mustum: & non bibes uinum. Si desi-  
teris, inquit dominus per Esaiam, extendere digitum  
in opere, & loqui quod non prodest, concluditur tan-  
dem: Cibabo te hæreditate patris tui Iacob. Itaque, ut  
ad eum ait, qui uult tunc esse opera sua uel resta in con-  
spectu dei, nihil obedientiæ præferat, nihil penitus an-

teponat, siue senior, siue iunior sit. Obedientia in iu- Lib. 7. ca. 12

nioribus adhuc necessitas est, in senioribus uero di-  
gnitas est. Vnde & in Polycrat. sic scribitur: Non est  
quod displiceat deo, ubi sincerè uoluntatis uictima  
immolatur: aut quod etiam non offendat, si in quālibet  
pingui oblatione propriam ei quis subtraxerit uolun-  
tatem. Ergo qui suam uoluntatem facere disponit, de

um irritat: & qui sua postposita illius se subiicit uo- Lem. 2

luntati, altissimum placat. In abnegatione siquidem  
propriæ uoluntatis sola ueræ religionis summa con-

sistit. Vnde Moyles in Leuitico: Omnis oblatio quæ of-

fert dño, absq; fermēto fiet: nec qdā fermēti aut mel

lis adolebit in sacrificio dñi Super biæ nāq; fermentū

offeret et mellis, cū q; neglecta humilitate & amaritu-

sine pceptoru; qppiā offert ad nutū pprię uoluntatis: q

uero pceptis plati ppiā subiicit uoluntatē qdqd offerat

rumorē fermenti & mellis sacrificio prohibitā excludit

dulcedinem. Igitur uerus obediens damnum suum

maximum estimat, silentium patris, id est, cum nil o-

peris, iniugat. & nihil se fecisse arbitrat sibi agitatus à

propria uoluntate. Ipse namq; prælatus quotiēs subdi-

torum præelectam perficit uoluntatem, aliquam mar-

garitam cadere facit de eorum corona, ut dicitur li-

bro decimo de gestis dñi saluatoris. Idēq; dicit exposi-

tor Glimachi diligētissimus monachoru; exhortator.

Nym.

## S P E C V L U M

Nunquam ait suscipias eum qui tibi subditus est dicē  
tem tibi: Da mihi licentiam ad tale opus exequendū.  
Manifestum, quia seductus propriam perficit uolun-  
tatem, & deceptus atque illusus meritum coram deo  
obedientiae perdit. Quinto inobedientia siue pro-  
pria uoluntas illum in quo est ponit in multiplicitate  
afflictionem & temptationem, iuxta illud quod scribi-  
tur in Deuteronomio: Nisi custodieris & feceris om-  
*Rufo*  
nia uerba Deuteronomij huius, augebit dominus pla-  
gas tuas & seministri tui. Vnde Saul inobedientem ma-  
lignus spiritus exagitauit. Et quarto libro de gestis  
domini iauatoris dicitur: Omnis inobediens circum-  
cluditur a diabolo, filii quoque Israel quotiescumque  
non obedierunt Moysi & Aaron, fuerunt multipliciter  
afficti, ut patet in Exodo & in libr. Numerorum.  
Contra hoc uicium propriæ uoluntatis & inobedien-  
tia pulchre in figura consulitur, primi Machabeorū.  
*Deuter. 26.*  
*s. reg. 15.*  
¶ Dixit Mathathias filiis suis: Ecce Simō frater uester  
scio quod uir consilij est, ipsum audite semper, & ipse  
uobis erit pater. Obedientia quippe est boni consilii,  
quia propriam uoluntatem, quæ est uia ad infernum,  
doceat mortificare: & prælati uoluntatem quæ est uia  
ad celum, implere. Mathathias namque interpretatur  
donum dei, & designat claustralem qui dono dei a pec-  
cato surrexit, & se deo per uotum obedientiae dona-  
uit. Hic cunctos filios suos, id est, omnia opera sua  
regebat & operari secundum consilium prælati,  
eui obedientiam promisit. Sicut enim aurum super-  
ductum nobilitat omne metallum, sic obedientia ope-  
ra religiosi. Sexto propria uoluntas hominem a deo  
separat. Vnde Eusebius Honilia quinta de resurrectione  
domini: Qui sequitur, inquit, proprias uolunta-  
tes & per passiones suas capit, exul a deo efficitur.  
Ideo

Ideo etiam dicitur in libro de gestis saluatoris, quo Lib. 4.  
 supra: Via recta ad cælum obedientia, omnes aliae ad  
 inferos penetrant. Dico autem ad propriam uolunta-  
 tem dominari uolentem: Vade retro Satana, meque  
 perpetuo deo coniunctum sine ulteriori uexatiōe re-  
 linque. Septimo propria uoluntas hominem in quo  
 est diabolo coniungit. Vnde Bernardus, Væ qui con-  
 tra professionem suam proprio non prælati sui uult  
 se regere magisterio. Fœdus iniit cum diabolo, im-  
 mo quod plus est, Origenes dicit: Nihil referre inter  
 dæmoniacum & alium passionibus suis agitatum. Et  
 addit. Ioan. Gerson cancell. Parrisi. dicens, quod pe-  
 ior est passionatus dæmoniaco. Nam dæmoniaco sua  
 uexatio tantum pœna est, quæ alteri ad culpam dete-  
 stabilem imputatur. Item sicut dæmoniacus non sen-  
 tit nec intelligit passionem suam; in obedientia secun-  
 dum sententiam Eusebii obdurat animum quem se-  
 mel ceperit, ut ad suscipienda præcepta nec autorita-  
 te nec ratioe flectatur, sed quod pessimum est sibi  
 soli credat, & pro omni ratione suam intentionē se-  
 quatur, & hoc solum rectum putet, quod obdurato  
 corde cœperit, similis ei efficius, de quo sermo diui-  
 nus pronunciat. Itinera insipientium recta in conspe-  
 ctu eorum. Et Micheas propheta: Malum manuum su-  
 arum dicunt bonum. Octauum malum siue dampnū,  
 quod propria uoluntas seu inobedientia homini fa-  
 cit, in quo est, est quod ei ignem in inferno construit,  
 ut in eo æternaliter ardeat. Vnde Bernardus: Quid  
 inquit ardebit in inferno, nisi propria uoluntas? Tol-  
 le propriam uoluntatem, infernus non erit. Nonū  
 malum est, quod hominem confundit. Osee quarto.  
 Confundetur Israel in uoluntate sua. Et Isaías: Con-  
 fundentur omnes qui refugiant ei. Decimum ma-  
 lum

Homil. 5. de  
resur. dom.

Cap. 7.

Opusculo

Konc.

Esa. 45. Vnde  
Iam

## S P E C C V L V M

sum est, quod hominem in errorem inducit. Vnde CH  
machus: Quemadmodum non habens diacem, i; ceteris  
ualde prudens, in via leuiter errat: ita & qui sua uolun-  
tate & proprio arbitrio præsumit per se uiam monasti-  
cam pergere, quamvis omnem mundi sapientiam no-  
uerit, leuiter perdit. Hieronymus. Nulla res absq; ma-  
gistro discitur, etiam mura animalia & ferarum gre-  
ges ductores sequuntur suos, grues unam sequuntur op-  
eris literatorio, in naui unus gubernator. in domo  
unus dñs, in quo quis grādi exercitu unius signum expe-  
catur. Vnde & Seneca. In omni republica debet unus  
principiari, ne inter eos fiat diuisio. Est igitur bonum  
obedire maioribus, secundum Hieronymū & post sci-  
entiam scripturarū uitæ suæ tramitem ab aliis discere.  
Posset deus omnem uiam certificare de suis placitis p-  
occultas reuelationes, absq; eo qd homo homini sub-  
deretur: sed humilitas frustra esset in ordine uirtutū.  
Nam humilitas est maxime obedientis. Vndecimū  
malū inobedientiae est, quia facit quod oratio eius in  
quo est à deo non exauditur. Vnde ille cæcus natus à  
Christo illuminat⁹ dixit: Si quis dei cultor est, & facie  
eius uoluntatē, hunc exaudit. Isidorus. Non impetrat  
deo bonum quod quis poscit, qui eius legi rō obedit.  
Si uero quod deus p̄cipit facimus, id quod ab eo peti-  
mus, sine dubio obtinemus. Et Thomas de aquino, Ni  
hil maius potest homo dare deo, quam quod propri-  
am uoluntatem ppter ipsum alterius subripiat uolun-  
tati. Et in summa uirtutum dicitur: Multum gloriſſ-  
eat deum uerus obediens, qui facit beneplacitum dei.  
cum deus hoc ei mandat per uilem personam, & tan-  
to est gloria dei maior quanto persona illa est uilior.  
Duodecimum est, quod propria uoluntas besificat  
hominem in quo est, id est, facit hominum bestiam co-

Episto. 42

Obedientia  
humilitatis  
uirtutem in-  
cludit.

720

SUBDITORVM Fol. 55<sup>a</sup>

nam deo. Vnde libro quarto de gestis saluatoris dicitur sic. Sequi propriam uoluntatem & sententiam sui sensus proprii nimis approbare atque eam propter derare sententias seniorum, canino est bestiale. Qui bestialitati obedit eidem est subditus, diuortiatus ab hominibus habet tibus rationem fructus pecorum cœnobita. Et ergo talis abominabilis est coram deo & hominibus iuxta illud Psal. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in uoluntatibus suis, prout allegat bsis. Eeni dictus in regula sua. Sicut enim fructus delectabilis & speciosus extrinsecus putridus uero intrinsecus, sic monachus punitus & in sensu suo ac uoluntate propriarius. Tertium de cimum est, quod mori cogit aeternaliter eum in quo est.

Vñ Hier. sup illud Psal. Vos autem sicut hoës moriemini sic dicit: Melius habet in Hebreo, uos autem sicut Adam moriemini, sicut Adam pater uestier noluit audire precepta & cecidit, ita & uos inobedientes moriemini, Itē id est de eodem uersu: Vides quia qui homo est moritur. Deus tamen non morit. Et Adam, quamdiu seruauit precepitum & deus fuit, non in drituus est, Ita uerus obediens secundum animam mori non potest. Idem Hieronymus etiam pertractans illud Psal. octogesimasecundo aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Iudeorum & Ismaelitarum, sic dicit: Ismaelite interpretatur obedientes sibi, hoc est, quodcumque habuerit cor & mala cogitatio, statim faciunt. Nos autem non debemus sequi uoluntatem nostram, nec dici Ismaelite, hoc est, obedientes sibi, sed Ismael, hoc est, obediens deo eiusque uicario, quia qui ab obedientia declinant, hoc operantur quod & demones, qui non diuinitate uoluntati subiecti, sed propria uoluerunt uoluntate abuti. Quartus decimus est, quod hominem etiam in inferni penitenti sentire facit. Vnde dicit uenerabilis Katherina

Psalm. 13.

Psalm. 83

78°

# S P E C C U L U M

charina de Senis in reuelationib<sup>9</sup> suis. Studeat omnis  
religiosus uere præscindere à se uenenum propriæ uo-  
luntatis & sensualitatis, quæ dicit indubitate ad mor-  
tem æternam, immo propriæ uoluntatis possessores  
crucem diaboli portant, amaritudinem inferni etiam  
in præsentî uita degustâtes. Quintum decimum ma-  
lum propriæ uoluntatis & inobedientiæ est, quod ho-  
mini in quo est patibulum in inferno ædificat quia  
propria uoluntas furtum est, quo religiosus tollit se  
& cui se uoto spontaneo tradidit in professione. Vn-  
de beatus Bernardus: Tu te dedisti prælatu tuo in p-  
fessione propter regnum calorum, & iam non es tuus  
sed eius cui te uendidisti, & ideo nihil licet tibi de te  
agere sine eius uoluntate. Ipse enim est dominus tuus  
uoluntatis. Et contractatio rei alienæ domino in uno  
furtu est. Ipsi rectores nostri uicarii dei sunt super nos  
et debem⁹ eis obedire sicut dño deo, nō ut hominib⁹,  
quia nō pp̄ter ipsos, sed pp̄ter dñm subiçimur eis. Si  
tis alteri", ait Apost. ad Rom. ut fructificetis deo. Sex  
radecima mala conditio uoluntatis propriæ sive inobe-  
dientiæ est, quod aduentum & præsentia impedit spi-  
ritus sancti, quem qui non habet non est de discipulis  
Iesu, iuxta illud ad Romanos: Si quis spiritum Christi  
non habet, hic non est eius. Vn- Bernardus: Soli suo  
spiritu, id est propria uoluntate, uacui, spiritum san-  
ctum recipiunt. Vnde in figura dicitur Prio. regū. 1.  
quod spiritus domini recessit a Saul. Deniq; ut ma-  
iores cæteris monachi dicimus, & alios de uitio pro-  
prietatis iudicamus, scire debemus, quod possessio p-  
ropriæ uoluntatis est maior proprietas, quam possesso  
pecuniae, etiam dicitur uerior apostasia quam deposi-  
tio habitus & discessio à monasterio, quia obediens  
magis

15.  
**In meditati-  
onib.**

16.  
**Rom. 7.**

17.  
**Rom. 8.**

## S V B D I T O R V M      Fol. 56.

magis est de substantia professionis, quam habitus  
aut locus, sicut dicit dector libri de summa uitiorum  
fructuosum igitur in posterum pro ceteris arbitror  
hic ponere in forma argumentum uenerabilis & glo-  
riosi dectoris magistri Ioannis Gerson cancellarii Par-  
isiensis, contra quendam monachum pertinacem in  
voluntate & sensualitate propria, quo probat ipsum  
furē, sacrilegum & raptorem, quia per contumaciam  
& pertinaciam sensus proprii tollit se p̄alato, cui se  
uoto tradidit. Dicit ergo sic p̄edictus magister per  
epistolam ad quendam pertinacem in suo sensu mo-  
nachum professum & inobedientem: Grata & pax.  
De ore tuo te iudico serue nequam. Si hoc dixit in pa-  
rabola dominus de seruo nō multiplicante, licet red-  
dente talentum, quid dictū us est de seruo dissipante  
simil & negante talentum? Talis est inobediens ille  
professus, sit clericus, sit laicus, qui propriam spiritus  
sui uolunta ē acceptā in a deo causa luci arci uitæ the-  
saurum æternæ, dedit illam in manu superioris sui dī-  
cens: Suscipe me & uiuam abba pater, in manus tuas  
commendo spiritum meum, quoniam fidens in te &  
diffidēs de me do illū tibi, adiuua & salutis ero. Nunc  
tu quisquis es professus, hoc modo uel simili, qua pa-  
tri cuius est uoluntas tua dono tuo, imo uoto spon-  
taneo prius, nunc in necessitatē uerbo parere recu-  
fas, qui contra stimulum calcitrare presumis, inter-  
rogabo te paucula, quatenus ex ore tuo te iudicet cō-  
scientia tua. Interrogo te non dicam serue nequam sed  
fratre & conseruum in Christo charissimum, agens  
in spiritu lenitatis & instruens iuxta monitionem  
Apostoli & Christi, cupiens te saluum esse ab errore  
vitæ deuiae, quoniam omnis inobedientia deviatâ via  
uitæ, ad quam qui reduxerit & conuerterit peccato-

Psal 39.

H.      reg

## SPECULUM

rem, operit multitudinem peccatorum, interrogat  
si memineris professionis tue & si peccatum te fecisse?  
Procul absit haec ingratitudo a spiritu tuo, procul &  
talis oblitio. Porro si memineris & approbas, interre  
go quis sapientior & potior interpres erit professiois  
huius qualiter obseruanda est aut superior pater tuus  
maxime cum consilio cōuent⁹, aut ut subditus & unī  
cus, & ut fertur laicus. Si te tuumq; dixeris præferen-  
dum præponendumq; iudiciū, erras intollerabiliter,  
neq; est qui talem nō aspernaretur protinus arrogan-  
tiā subsannans & dicens. Quis potest hunc audire?  
Certe puto, quod pudet te etiam auditu tuo haec in-  
terrogatio prima. Interrogo deinceps, pura sine patre,  
in male cōsulendo saluti tuae uellent se simul & te per-  
gire. Exclamabis arbitror ad hanc interrogationem  
cachinnans & renitens rugata fronte: Longe sit haec  
insania à me pauperculo idiota subdito peccatore, ut  
de sanctissima superiorum meorum probatissimāq;  
sapientia tam sacrilege despiciam. Euigila nunc & per-  
spice si non brevi ratiuncula protinus ex ore tuo te iu-  
seueras. Si enim superior tuus sapientior est in cog-  
noscendo præcep: a regula quam professus es, si præ-  
tere credis, quod nollet se damnare, dum tibi præ-  
cipit obedire, quid obniti potes? quid excusationis af-  
ferre super inobedientia tua ne dicam pertinacia: Sed  
dices forte demissis oculis & facie humi deicta, si non  
omnis pudor a te abcesserit, si non attrita iam fronte  
meretricem imitaris dicens: Volo uirtusus esse & do-  
mino per afflictiones abstinentiamq; placere, exemplo  
priorum sanctorū nominatim Ioannis baptistæ. Sen-  
tio fortitudinem corporis mei, scio quod ieiunium a  
88

niae non erit in grauamine mihi. Ecce frater recessis  
 iam a concessis prioribus. Tu iudicium tui præfers  
 omni alteri quasi si dicat infirmus & insanus medico  
 suo: Cognosco melius dispositionem meam quam  
 tu ipse, scio qualiter mihi obtemperandum non est  
 regulis artis tue. Aggrediar te nunc altera via du-  
 riore ut ex ore tuo te iudicem si pertinax esse decreue-  
 ris, non tantummodo seruum nequam: sed uel hæreti-  
 cum apostaram, uel de hæresi & apostasia uehementer  
 suspectum: ita tamen si deperditio iudicij rationis  
 per cerebri lesionem tibi non fuerit excusationis sub-  
 fidium, quo casu non iam argumentis theologicis, sed  
 somentis medicinæ opus erit. Dixit dominus no-  
 strus Iesus Christus ad omnes in ecclesia prælatos lo-  
 quens ad personas Apostolorum & discipulorum: Qui  
 uos audit, me audit: et qui uos spernit, me spernit. Cre-  
 dis hoc? Credis, si catholicus es. Scio præterea quod su-  
 periiores sunt et prelati tui patres ordinis sancti, in quo  
 & sub quo professorum te negare non potes: aut si ne-  
 ges erras in facto & conuinci testibus potes immo uer-  
 beribus & carceribus coerceri. Alioquin fas esset ex-  
 emplo simili & permiciose cuilibet professo religio-  
 nem se negare professum, & impune. Cæterum si te  
 professum fatearis, oportet te ad obedientiam con-  
 tra proprium etiam uoluntatis arbitrium tenere li-  
 gatum. Alioquin contradicis sacrosancto euangelico  
 nunc inducto præcepto, ut scribit sanctus Lucas: Qui  
 uos spernit, me spernit. Qui autem spernit Christum, Luc. 10.  
 utiq; blasphemat & apostisat in Christum. Et si addit  
 quod hoc licite faciat, se palam in hæresim præcipitar,  
 ex qua si nolit extrahi pertinax est iudicandus & talis  
 brachio seculari relinquendus, ned si monasterio pel-  
 litus. Prouideat salubriora deus, tâetsi ita loquimur

## S P E C V L V M

& uero loquimur . Tentabo uiam rursus alterā, quæ  
sarioris est ad moribū tōmentū . Dicis ut accipi et iam  
prætactum est, quod non ex inobedientia desistere uis  
a potu uini ceterisq; cibis laucioribus ordini conce  
sis, sed ad uirtutes acquirendas ex p̄nitentia . Vide,  
quælo frater , ne mentias iniquitas sibi , ne sit iste la  
queus satanæ sub angelo lucis, non uirius abstinentiæ  
in spiritu humilitatis . Itaq; si uis, ut credam tibi, estē  
de uel paelisper obedientiam aliquantulo potu uin  
i, nec non in alio fratrum cedula saltē pauculo, unde  
non possit corpus ad lasciviam excitari, neq; rigor ab  
stinentiæ perdi . Nunc uero quale istud est quod ab  
horres a uino taliter, ut nec consuetudini ecclesie ue  
lis esse conformis, quæ post sacram communionē dat  
laicis poculum uini tantillū? Qualis est, obsecro, sin  
gularitas ista? Nūquid de radice procedit abstinentiæ,  
& nō poti⁹ ex intimis hypocriticalis dementiae, ut dum  
facis quod nemo, mirentur omnes, & tibi laudem sin  
gularitatis impune presumas . Legimus de multis ita  
leducis, p̄fimo sine terminantibus fine . Fuit sancto  
Francisco collaudatus frater unus, qui iussus confite  
rig uerba, toluit nisi per ruinā: Tollite, inquit sanctus  
Franciscus, signum hoc diabolicum . Docuit exi  
tus ira esse . Dicit Climachus: Si uideris aliquem qui sibi  
sit in communitate singularis, ipse nō indiget demone  
ne tentante, quia factus est sibi dæmon . Et apud sapi  
entem scribitur: Vidi si hominem sibi sapientem ui  
deri, plus illo spem habebit insipiens . Quis uero plus  
sibi uideret sapiens quam sit ille, qui iudiciū propri  
um prefert iudicio quorumcunq; At uero dicit fra  
ter iste sicut accepi, nullum audiā in abstinentia mea  
soli am ecclesiam, quasi uidelicet pro quolibet ra  
ti sit conuocandum generale consiliū, aut sit papa spe  
cia

M M

Climachus.

cialiter adeundus, & non dicat sufficienter ecclesia, quando superior presertim in retali decrevit & iubet. Existimo proinde, quod si mitteretur ad papam fratrem iste, nec sic obedire iussioni suę uellet. Est apud narrations patrum de quodam gloriante in abstinentia singularitate: Quod remedium inuenierunt patres? Ligauerunt ipsum tanquam fanum & certe iam ipse talis erat. Compulerunt uti laurissimis cibis, & uino ad saturitatē aut naufragium. Qui tandem fanatus est à presumptione uel arrogantiā singularis abstinenti, & consequenter à uanitate & periculo insanię liberatus. Tradit beatus Bernardus, quod nō habet dabolus machinamentum manus ad perditionem querentium placere deo, quām si suader currere indiscretū, quarenus qui currīt incurrat periculum & p̄ceptū ruat. Vocatur hoc dæmonium meridianum, quando sub specie magni boni & singularis profectus, incidit quis in magnum malum. Et quod maius malū, quām inobedientia quæ peccatū ariolandi, id est idolatriandi, à domino nominatur. Præterea dicit Apostolus: Si esca mea scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in aeternum. Quanto magis si abstinentia tua, o frater scandalizat fratrem, nedum unum exceptuallis, sed patrem & maiorem, uero tibi timendum est. Itaq; non expedit tibi contristare patrem tuum, non consumacem esse ad illum, non tollere te sibi cui te uoto tradidisti, hoc rapina est, hoc sacrilegium. Dicamus tibi in ueritate, nec mentiar, si de duobus malis alterum esset faciendum, uel comedere carnes in die Veneris sancta cum renisu conscientiæ timoratae, aut abstinerre a uino contra preceptum obedientiæ rationabiliter impositæ, preferrem primum, qui a secundum Non ideo ut malum sed ut bonum deberet impleri.

## S P E C V L V M

bibendo uinum. Alioquin cum pertinaci reñisu nō ferret salus, ubi aliud perpetrādō cū sequenti humili pœnitentia comedēs carnes saluaretur. Deniq; si forte disturus es, moueor lege spiritus sancti, uide si spūs sanctus est dissentiōis deus, uide si quilibet professus regularia ita diceret quāra cōfusio sequeretur, uide si sufficiētē doces exceptionē a regula generali, quā & secundū q̄ professus es. Sed formido ne faciā uerba mea surdonis q̄ nō iā tibi, sed patribus p̄ te loqr, & forte p̄ ceteris in posterū, si (qd auertat de) occurreret calus talis.

*Quod propria uolūtas nocet toti cōgregatiōi.*

### CAP. III.

**D**I C E B A M quarto, q̄ propria uoluntas nocet toti cōgregationi. Vñ Bernardus: Vñ ueniuit scādala & turbatiōes in cōgregatiōe, nisi q̄ sequēdo „ppriā uolūta ē, qd apud nos temere diffidimus, si q̄ mō „phiberi cōtingat uel impediri, statim in murmurationē & scādalū prūpim⁹, et sic alios scādalizam⁹, & eis malū exēplū pbemus q̄s edificare per obediētiā & patiētiā potius debuimus. Vñ uenerabilis doctor Ioā.  
 Bernard.  
 Ioan. Gers. Pertinacia, ingt, in opinionib⁹ et actibus pprijs, per q̄ q̄s non est paratus corrigi, dñabilis et uix sanabilis est p̄sumptio, & dñ apud religiosū est cūctia turbat & perdit. Diabolus nāq̄ facit sicut astutus pisces, qui q̄h uult faciliter decipere pisces turbat aquas, & tūc est securus, q̄ pisces nō poterūt uidere rete suū. Eodem mō facit diabolus in cōgregatione seu conuenitu, quorūcumq̄ religiosorum. Immittit enim turbatiōne per aliquē inobediētē & pertinacem in sensu suo in unā torā cōgregationē: & sic tunc dicit ad murmuratiōes & malitiās excogitādas cōtra prælatū, qui nō permisit eum facere uoluntatē ppriā. Utinā atten-  
 deres

deret talis, qui sic malo exemplo suo & persuasione August.  
 peruersa scandalisat confratres suos atq; perturbat,  
 verbum beati Augustini ita dicentis: Qui in conspectu  
 aliorum male uiuit, quantum in illo est eum a quo at  
 tenditur, occidit: & forte qui imitatur, moritur: qui  
 non imitatur uiuit: tamen quantum ad illum perti-  
 ner, ambos occidit. Isidorus de summo boro libro se-  
 cundo Māioris culpe est manifeste quam occulte pec-  
 cate. Dupliciter enim re<sup>e</sup> est qui aperte delinquit, qui  
 agit & docet. Idem quoq; confirmatur sententia bea-  
 ti Gregorii, qui in codice regulæ pastoralis titul, qua  
 dragesimo septimo, sic ait: Audiant inuidi & iurgio-  
 rum seminatores, quod scriptum est: Beati pacifici,  
 quoniam filii dei uocabuntur, atque e diuerso colli-  
 gant, quia si filii dei uocantur, qui pacem faciunt, pro  
 coldubio satanæ sunt filii qui confundunt. Omnes au-  
 tem qui per discordiam separantur, a uiariditate dile-  
 citiosi arefuit. Qui ei si boni operis fructus in suis acti-  
 onibus proferunt, profecto nulli sunt, quia non ex  
 unitate charitatis oriuntur. Hinc ergo perpendat semina-  
 ntes iurgia quam multipliciter peccant, quia dum  
 unam nequitiam perpetrant, ab humanis cordibus  
 sanctas simul uirtutes eradicant. In uno enim ma-  
 lo innumeræ agunt, quia seminando discordiam, chari-  
 tatē quæ nimirū uirtutum est oīm mater extingueunt  
 Quia aut̄ nihil est preciosius deo uirtute dilectiōis, ni-  
 hil est diabolo de siderabili⁹ extirpiōe charitatis. Quis  
 quis igitur seminando iurgia dilectionem proximo-  
 rum periret, hosti igitur ideo familiarius seruit, quis  
 qua illa omissa cecidit, hanc iste vulneratis cordibus  
 subtrahens eis iter ascensionis abscedit. Hæc Gregori  
 us: & Bernardus in sermone de eodem sic ait: Non tibi  
 uidetur grauiorē ab eo Christus sustinere psecutionē.

## S P E C V L V M

qui suggestione maligna exēplo perniciose ab eo pē  
uertit animas quas redemit, quam à Iudæo, qui san-  
guinem illū fudit. O pax, ait Augustinus, beatus  
qui te habet, maledictus qui te odit, & qui te frāgit &  
impedit in hominēs, quoniam antichristus est & filius  
perditionis. Qui pacem oris & operis non habet, chris-  
tianus dici non debet, quia pacē pro testamento Chri-  
stus omnib⁹ si. felibus tāq̄ summā bonū & sine q̄ nul-  
lus uiuere debet, dereliquit. Paret ergo luce clarius, q̄  
tal⁹ pacis turbator per detractiones & murmuratio-  
nes deo iniuriatur duplicit. Primo nam p̄ impedit,  
ne legatum dei stare possit. Legavit enim deus pacem  
homini⁹bus, iuxta illud Ioannis: Pacem meam do uo-  
bis, pacem relinquo uobis. Et ideo huius discordiae se-  
minator contra bonum pacis tanq̄ excōmunicatus est  
uitandus. Secundo talis iniuriatur deo, quia expellit  
eum à quiete lux habitationis. Contra illud scribitur  
in psalmis. In pace factus est locus eius. Detractio au-  
tem & susurratio atque murmuratio turbant pacem  
& destruunt. Dicit philosophus, Quod unusquisque  
qualis est talia loquitur & in his delectatur. Et Sene-  
ca: Imago animi sermo est, qualis uir talis oratio est  
eius. Celsiodorus: Vis scire de fratre tuo quale cor ha-  
beat, attende unde frequentius & libertius loquatur.  
Ex abundantia enim cordis os loquitur. Item Hugo li-  
bro terrio de anima: Vanus sermo, nūc conscientia  
est index. Mores hominis lingua pandit, & qualis see-  
mō ostendit talis animus comprobatur. Ideo qui m̄  
lam habet conscientiam, facile detrahit & murmurat,  
defectus proximorum maxime praelati explorat &  
publicat. Sed uiri sancti & electi fratrum suorum &  
sociorum defectus, quantum bona conscientia per-  
mittit, sepiliunt & occultant, apponentes myrram

Ioan. 5.

M M

S V B D I T O R V M   F o l . 60.

compassionis & inuolunt in syndone charitatis, quia  
charitas operat multitudinem peccatorum, & unguētes balsamo honestae accusationis. Sed benedicta illa  
anima a deo, cuius humilitas alterius confundit super  
biā, cuius patientia proximi extinguit iracūdiam,  
cuius obediētia pigritiam alterius tacite increpat, cu  
ius feruor ineritiam alieni temporis exuscitat. Quan  
damq; exemplum ueræ humilitatis, obedientiæ & cha  
ritatis ostēnus, cum tantis & pro tantis æternā præ  
mia possidebis. Hęc in ammonitione secunda. Ea  
pter, dilectissimi fratres, sicut cōsulit beatus Berna  
rdinus, proximis exēpli bonum per aperta ope  
ra, seminamus angelis gaudium magnū per occulta su  
spira. Item Gregorius: Volantia animalia se uicissim  
feriunt alis suis, quia sanctorum mentes in eo quod su Lib. 24 Mo  
perna appetunt, consideratis alterius virtutibus inui  
tatiem excitantur. Ala enim sua me percūtit, qui exēplo  
sanctitatis me ad melius accendit. Et ala mea incinum  
ani mal ferio, si aliquando alteri opus bonū quod im  
petetur ostēdo. Et hic sic huius materiæ finis, in qua mul  
tae sanctorum authoritatibus religiosus quilibet con  
tra uitium propriæ uoluntatis est ammonitus. Om̄i  
nāustralis professe sub ordinis alis, memor esto assi  
due, quod spōndisti saluberrimam obedientiā per  
quā uoluntati propriæ libera uolūtate renūciās, te uo  
luntati dei, uolūrati prælari & præceptis religiōis &  
ordinis obligasti. Que quāto gloriōsior est, quāto hu  
miliōr, tāto magis leuis & facilis, quāto maioris cha  
ritatis affectibus exhibetur, tātoq; maioris meriti, quā  
to minus habuerit propriæ uolūtatis. Vñ sit, quod plus  
mercedis proponiur, si iubeantur quæ se cūdū se natu  
ra quodā horrore fugere debeamus, q; detur de re no  
bis accepta præceptū. Iussit dñs deus Abrahæ. Egredē  
H . v . se de

## S P E C V L V M

terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tuis,  
& ueni in terrā quā monstrauero tibi. Durus quippe  
sermo dimittere dulcedinem patriæ suavitatem cog-  
nitorum & consuetudinem paternæ donus. Cui uocis  
& obedientiæ precepto taliter obediuit, ut etiam fili-  
uum suum redire in suæ cognitionis patriam prohi-  
beret. Sed mira obedientia fuit cum audiuist uocem  
dei uocantis & dicentis: Tolle filiū tuum unigenitā,  
quem diligis, Isaac, & uade in terram uisionis, atq; of-  
fer eum ibi in holocaustum super unum montium,  
quem monstrauero tibi. Et hoc facere, sine trepidati-  
one parauit. Hanc obedientiam eleētissimi patriarchæ  
deus uidere non uoluit, sed nobis imitandam  
proponere & contemplandā in unigeniti filii sui per-  
sona, quā pro nobis in ara crucis immolauit ante per-  
tor secula figurare. O gloria obedientia, o uirtus ple-  
na gratiæ, o sola quæ genus humanum ab inimici ma-  
nibus liberasti. Nam sicut per inobedientiam unius

Gen. 22.

Ro. 14

Mat. 19.

Mar. 10.

Luc. 18

hominis peccatores constituti sunt multi: ita per uni-  
us obedientiam iusti constituentur & multi. Christus  
namque factus obediens usq; ad mortē in arduo cru-  
cis per suum preciosissimum sanguinem inobedientiā  
primorum parentum dignatus fuit abolere. Et quo-  
niā Christianæ perfectionis est, sicut testatur ueritas,  
seruare precepta, atq; uendere omnia quæ habe-  
imus et dare pauperibus et sequi Christū, monita me-  
liora sequamur, non quidem in metu pœnæ, sed in di-  
lectione iustitiae: non coactione tristes, sed dicto pare-  
mus ouantes, certi de retributione tanto maioris me-  
riti, quāto prōptiores fuerimus in executione prece-  
pti. Sit tāta ppter deū nostræ obedientiæ prōptitudo,  
quod nō solum expectemus imperiū, sed pueniamus  
cum alacritate pceptum. Obediēdo qdē nostrā cōtēni-  
mus

S V B D I T O R V M      F o l . 61.

mus uoluntateim, qua solum nos & religiosi cæteri, &  
nō aliter beatitudinē possumus promereri, per Iesum  
Christum dominū nostrū, quem decretū mus salu-  
briter imitari. Haec Franciscus petrarcha poeta laurea-  
tus eleganter quidem & splendide: & innā audiatur.

De requisitis ad ueram & perfe-  
ctam obedientiam.

CAP. V.

**C**IRC A secundum principale in principio li-  
belli huius assumptum, scilicet de requisitis ad  
ueram & perfectam obedientiā, accipio mihi pro the LUC. 38  
mate & fundamento illud, quod scribitur apud Lucā:  
Pater in manus tuas commendo spiritum meum. In  
quo uerbo obediens Iesus fecit professionē in mani-  
bus sui abbatis, id est, dei patris, sicut facit monachus  
in manibus sui abbatis, sive prioris. Pro quo natan-  
dū, q̄ in spiritu duo sunt, scilicet sensus & uoluntas, u-  
trūq; relinquere oportet eum q̄ uere, pfectioñ facit,  
utrūq; debet abnegare pfecta obedientia. Nō est habē-  
da sensus proprietas, sicut quidam qui in eo q̄ magis  
literati sunt, uel antiquiores in ordine, magis sibi cre-  
dunt q̄ abbati uel priori, imo grauiter ferūt, q̄n uidēt  
minores ad cōsilia regiminis dom⁹ ipsis ptermissis cō-  
nocari. Itē uoluntas propria abiendiā est præcipue.  
quia ut dicit Bernardus: Nihil ardebit in inferno, nisi  
propria uoluntas. Cōmendet ergo monachus spiritum  
suum in manus dei & prælati, & spiritum dei in præ-  
mium recipiet. Soli enim spiritu suo pprio cuacuati,  
copiā spiritus dei. i. spiritus sancti recipiunt. Vñ posiq̄  
propheta dixerat in psal. auferes spiritū eorū, scgur  
ibi emittes spiritū tuū. Nam ut dicit Bernar. Nō dabit Psal. 103  
inobedienti copiā sui, qui malit mori quā nō obediē.

Hic

## S P E C V L V M

Obedientia Hic est Iesus qui dicit in Euangelio. Cibus meus est, ut cib⁹ anim⁹ faciam voluntatem eius qui misit me. Nam cibus animæ obedientia est. Itaque quories tibi aliquid in uirtute obedientie iniungitur, panis in refectionem animæ porrigitur. Sed suminopere cauendum est prælat⁹ qui istum panem filiorum scilicet obedientiam subditis debet ministrare, ne nimis durum & muscidum eis dispenseat, ne fauces teneræ illum nequeant mastica re. Sic multi prælati non panem sed crustas duras immasticabiles subditis suis loco panis offerunt, quibus non reficiantur, sed potius strangulentur.

*Ne plan. fid. n. m. et. erg. p. d. g. r. o. b.*  
Iti sunt p̄lati abbates & priores, qui sine affectione, sine cordis teneritudine præcepta sua cum rigore inflexibili multiplicant. Tales loco panis crustas, uno potius lapides porrigit, cum tamē dicat dominus. Et si petierit panem, nunquid lapidem porrigit ei? Vnde efficiuntur filiorum suorum, id est, subditorū interfectores ante deum Contra tales duros prælatos, dicit dominus per Ezechielem. Cum austerritate, & potentia imperabaris eis, & dispersi sunt oves meæ. Oves enim, id est, subditis sæpius propter prælati duriciam disperguntur, id est oves fugiunt & declinant, nec eis conscientias suas manifestare audent. Vnde in uitispatrium libro quinto dicit quidā senex. Impossibile est ut cum duritia & austerritate facile ab intentione sua quis reuocetur. Legitur quoque in gestis sancti Ancelini canthuariensis. Quidam abbas semel conferebat cum Ancelmo dicens. Quid faciemus cum pueris in claustro nutritis, non enim cessamus die ac nocte eos uerberare, et semper deterri nasteris quod mentum nostrum expenditis, qui de hominibus besti modo educa facitis? Dic mihi, queso abba, si plantam unam in hortu tuo planares, & mox illam ex omni parte concluderes

## S V B D I T O R V M      Fol. 52.

eluderes, ut ramos suos nullatenus expandere posset,  
qualis arbor inde pdiret: Profectio inutilis. Sic & uos  
pueros & iuuenes tantum minis & terroribus coarta-  
tis, ut nulla eis liceat penitus libertate potiri. Vnde sig-  
no quia nec amorem dulcedinis uel pietatis circa  
se in uobis sentiunt, nec alicuius boni in uobis possea  
sicut habent. Contingit quoque modo miserabili,  
ut sicut crescunt in corpore: sic in eis odium & suspi-  
cio omnis mali crescat, cū à nullo fuerint in uera char-  
itate nutriti, nullum nisi depresso supercilios oculue  
obliquo ualeant intueri. Hæc ille. Sepietrix doctor cla-  
mat prælatos duros comminans. Horrende & cito ap-  
parebit uobis. Quasi dicat: Vos qui modo horribiles  
apparetis subditis uestris, imperatis enim nō cū pietate,  
sed cū austerritate, nō cū amore sed cū timore, caue-  
te, ga iudex uester Christus horrende & cito apparetis  
uobis. Veniet enim malis prælatis potenter cū incusse  
one timoris, sed bonis cum benignitate consolationis  
Nam iussum est, quod iudex prælatorum Christus cō-  
similiter se habeat ad eos quēadmodum ipsi se habue-  
tunt à subditos Huius exemplum habemus in libro re-  
gum. Dixerunt senes ad Roboam: Si locutus fueris ad  
eos uerba lenia, erūt tibi serui cunctis diebus. Sed ipse  
econtrario fecit de consilio ita uerum, & ex uno uer-  
bo aspero factum est schisma in populo quod nunquā  
potuit postea ad concordiam retrucari. Ex parte ergo  
prælatorum attendēda est lenitas & discretio in præ-  
cipiendo sicut docet Apostolus. Patrem nolite ad iracū-  
diam prouocare filios uefiros. De hac etiam lenitate  
scriptū est. In fide & lenitate sanctum fecit illi. Tur-  
pe quidem & absurdum est in prælato cum ira & au-  
xilitate coarcpere, sicut ad Timotheū Apostolus scri-  
bens ait: Scuum inquit domini non oportet litigare  
se

## S P E C V L V M

Sed ad omnes mansuetum esse & patientem & cum lenitate eos corripere, qui resistunt ueritati. Legitur quoniam aquæ Siloe cum silentio currunt, aquæ uero rasim transuent cum magno tumultu. Cumq; spongia in canticis dicat amicus meus bibit uinum cum laete, id est, rigorem exercet cum lenitate, ipsa conuersa ad sponsum & seueritati mansuetudinem præferens, meliora sunt inquit ubera tua uino. Cum propheta diceret: Ecce spiritus grandis conterens petras, & non in spiritu dominus, & post spiritum commotio, & non in commotione dominus, & post commotionē ignis & non in igne dominus, adiungit, & post ignem fibilis auræ tenuis, & in eo dominus. Nā cum spiritus iræ & commotionis & ignis iracundia deo displiceant, ipsi accepta est lenis & blanda correctio. Veruntamen in hac lenitate aut potius in hoc melle fel fructuose correctiōis absconditum est. Nā sua in lenitate zelum, & in blanditiis suis aculeos habet. Et ecce in suauitate & pace eius amaritudo amarissima aduersus eos, qui ignorant & errant. Veruntamen uerius diligit, seuerus corrigit, oculte tamē, & efficacior est in eo ad recommendationem subditorum lenitas columbina, quam seueritas exterior & indignatio uultuosa, sicut in Hieremia notatur: Data est, inquit, terra iniquoru in desolationem à facie iræ columbae. Hæc lenitas spiritum fortitudinis habet. Et ut uerbis lobatar, hæc est quæ dicit regi apostata, & duces impios uocat. Hæc non accipit personas principum, nec agnoscit tyrannum, cum disceptauerit contra pauperem. Attende igitur, quia distinctionem recipiunt, suasque uires utiliter & prudenter alternant blanda & seuera correctio. Nam de utraque in Ezechiele scriptum est: Ignis erat in medio, & de medio ignis quasi species electri. Cum

Tob. 34

Ezech. 8.

## S V B D I T O R V M

Fol. 53.

ut electrum genus metalli temperatissimum, signifi<sup>c</sup> Ezech. 9  
 cat correctionis suauissimum blandimentum. De  
 feueritate autem ibi scriptum est: Ignis erat in medio  
 animalium & de igne fulgur egradiens. Debet itaque  
 quandoque mansuescere leueritas. Nam in opere tem-  
 pli leones sculpti sunt & lora dependentia, in quo no-  
 tatur necessarium esse, ut disciplinae leueritas ferrena-  
 talo ro mansuetudinis temperetur. Veruntamen re-  
 missio quæ os prælati obstruit, quæ mentem eius defi-  
 cit, quæ adulatorem & uenditorem olei facit, dum  
 sibi quietem & honorificentiam uenatur in fauore  
 subdatorum, hæc miseros præcipiat in foueam scan-  
 dalorum. In hac fouea ut dicit propheta, cubauit la-  
 mia & inuenit sibi requiem. Hæc ad prælatos. De-  
 nigr ad propositum redeundo sciendum est, quod ad  
 perfectam & meritoriam obedientiam septem requi-  
 runt, de quibus extat hi uersus. Esse libens, simplex, hæ-  
 taris, subiectio debet. Hinc uelox, fortis, humilis, mors-  
 finis ei sit. Primo ergo requiritur, quod sit libens.  
 hoc est, quod claustral is propriam uoluntatem relin-  
 quat, & sine contradictione cordis & oris, superioris  
 uoluntatem faciat suam, iuxta illud ad Philippenses,  
 capite tertio: Omnia facite sine murmuratione, ex-  
 emplo Christi Iesu, qui dixit, Ioannis capite quarto:  
 Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misse  
 me. Vbi sic dicit flos doctorum beatus Augustinus:  
 Optimus minister tuus est, qui non magis inruetur  
 hoc a te audire, quod ipse uoluerit, sed poti<sup>s</sup> hoc uel  
 le quod a te audierit. Porro de graui periculo & ma-  
 gitudine peccati illorū, qui non libenter obediunt,  
 sic dicit Bernardus in epistola ad Adam monachū: Si  
 moleste corporis sustinere, si iudicare prelatum, si mur-  
 mure

Septem regimur  
ante ueritatem obediens

## S P E C V L V M

murare in corde , etiam si exterius impleas quod in-  
betur , non est virtus obedientia , sed uelamē mālicia .  
Nemo ergo scipium decipiāt ut p̄met sibi exteriorū  
sufficere obedientiam , nisi etiam ex intimo cordis at-  
fectu & cum bona uoluntate obediāt . Gregorius . Non  
scrulis metu obedientia , sed charitatis est . Et seruan-  
da est . Et ideo Augustinus uolens determinare in re-  
gula sua , qualis debet esse obedientia , sic dicit : Prae-  
dicto tanquam patri obediatur non deminio , ut sit oba-  
dientia filialis , sicut decet filios ecclesia . De ista etiam  
superficiali & exteriori obedientia sic scribitur in pre-  
allegato libro de gestis saluatoris . Obediuit quis infi-  
pide praelato intemporaliter cum ueritus , & confra-  
trum perhorrescens discriminem , pacē qua siuit iste in  
terris , sed non bona uoluntatis , gloria uero ex hoc si-  
bi non erit in excelsis . Et paulo post : Obedire ad ocu-  
lum carnis , carnis meritum habet , obedire ad oculum  
spiritus supercelestia merita capiat . Et ratio eius in  
promptu est , quia uoluntatis humana tam nebilis est  
cōditio , ut nullum actum denominet , nisi ad illū actio-  
ne uoluntaria declinauerit . Et hec est causa , quare lux  
doctorum . Augustinus inde felī teper nō esse bonum  
& malum nisi in uoluntate . Quapropter siue bonum  
siue malum nolens quis faciat , nullatenus est sed cogē-  
ti impūliandum est . Qualiter igitur bonus & now  
potius malus reputabitur , qui bona peragit & mala  
desiderat , & per se quidē nepharia , per accidens uero  
eommittit utilia . Vnde obedientiae meritum non con-  
sistit in eo quod agitur aut toleratur exterius : sed in  
eo quod interius abnegatur . Gregorius in sermonē  
Cum ad opus bonum ex bona uoluntate non ducitur ,  
rem iustum sine fructu peccator operatur , quia ut ait  
Augustinus : Mala uoluntate uel sola miser quisq; effi-  
ciut

August.

August. lux  
doctorum.

11 n

## S V B D I T O R V M

Fol. 64.

titur. Sed Seneca in epistola, septuagesima secunda.  
Sola uoluntas beatæ ac miserae uitæ sibi causa est. Se-  
cundo ad perfectam ac meritoriam obedientiam re-  
quiritur, quod sit simplex, hoc est, quod claustral is nō  
debet esse curiosus ad inuestigandum, quare hoc præ  
cipitur uel iniungitur, uel quare sibi magis quam al-  
teri iniungitur, nec debet contra præcipientem mur-  
murare de inutilitate rei iniunctæ, uel de impossibi-  
litate excusationem prætendere, sed simplici corde se  
ad obediendum promptum reddere. Ad hanc simplici  
tatem pertinet, quod scribit uenerabilis magister Io-  
annes Gerson super Magnificat ca . Deposuit poten-  
tes de sede. Nolo te inquit curiosum scrutatorem esse  
uitæ alienæ. Semper memineris præconiū charitatis,  
quia non cogitat malum. Vox est Christi. Ut quid co-  
gitatis mala in cordibus uestris? Fuge ergo, quantum  
potes, iudicium de aliorum uita, tecum habita, te co-  
git, a te circumspice, clavos in alienis sceleribus aper-  
tissimos in tuis oculis habe. Quid necesse est ut alie-  
nis sordibus cor tuum inquines, aut impleas suspici-  
onibus maleuolis & impuris. Vnde Bernardus: Om-  
nibus nobis in conuersationis initio nulla uirtus est  
magis necessaria, quam simplicitas humilis, & graui-  
tas uerecunda. De hac uerecundia in Polycratico. Po-  
stremo unum ad quod totius philosophici cotius ten Lib. 8. ca. 9  
dit intentio, scilicet finis honestus latus exitus & iucu-  
dus, qui plane euenire non poterit, nisi philosophia  
omnibus officinis & omnium ministris officioru cu-  
stodē adhibeat uerecundiam, quæ patens est, ut ait  
Cassianus, omnishonesti consiliū, solēnum officiorū  
tutela, magistra innocentiae, chara proximis, accepta  
aliciis, priuatas negligens facultates, ut communes  
amplificet, omni loco, omni tempore pre se favorabi

I lem

Handwritten

## SPECVLVM

Llib. 9.

Epist. 38.

Iem gerens nultum, adeo quidē, ut etiam in ueretur  
dis teratur accepta. In Vitis patrū, legitur, quod senes  
dicebant, quia nihil sic querit deus ab his qui primi-  
tas conuersationis habent, quam obedientiae labore.  
Vnde & Anselmus libro suo de similitudinibus dicit,  
quod iuuenes senioribus debent esse subiecti obedien-  
tes & obsequiosi. Sicut enim fructus non sequitur in  
arbore, in qua flos primo non apparuit: sic & in se-  
nectute honorem legitimū coniequi non poterit,  
qui in adolescentia alicuius disciplinae nō laborauit.  
In tractatu quoq; de euodecim abusionib; dicitur,  
quod tertius gradus abusionis est adolescentis sine obe-  
dientia. Et sequitur: Sicut in senibus sobrietas & mo-  
rum perfectio requiritur: sic in adolescentibus obse-  
quium & subiectio & obedientia rite debetur. Ideo  
Seneca in epist. dicit, quod iuueni est parendum seni-  
uerendum. Recitat Valerius in libro secundo. ca, pri-  
mo, quod senectuti iuuentus ita cumulatum & circum-  
spectum honorēm tribuebat, tanquam omnes maio-  
res natu, omnium adolescentium communes patres  
essent. Sed forte dicit aliquis ex simpliciorib;: Vitam  
esset mihi talis abbas & prior, qualis fuit beatus Ber-  
nardus, obedire faciliter imperanti. Nunc uero dum  
mei superioris paruam sapientiam & imperfectionē  
multiplicem conspicio, non possum ei ex corde obe-  
dire, neq; audeo ei cōscientiam meam committere &  
salutem. Quisquis ita dicis & lapis, erras & despis. Nō  
enim committis te & salutem tuam in manus homi-  
nis quia prudēs es, aut plurimum literatus, aut deu-  
tus, sed quia es tibi secundum regularem institutio-  
nem p̄positus aut prelatus. Quamobrem obedias eū  
non ut homini, sed ut deo iubenti: si tamen nō contra  
deū. Et s̄pē tanto erit deo tua obedientia placentior

S V B D I T O R V M      Fol. 65.

liberisq; fructuosior, quanto est indignior ille cui prepter deū subiecti nō reiugis. Hęc Ioan. Gers. cäcel Parrī Gerson si. Quā obediētjā Bernardus cōfirmat ita dicēs: Nō te moueat magister imperit<sup>9</sup>, indiscreta potestas: sed me mēto qd nō est potestas, nisi à deo. De isto mō obediēti, scilicet simpliciter sine dijudicatione prēlati aut præcepti, sic habetur in Viris patrum: Dicebant senes,

Lib. 14.

qui si quis alicui patris se tradit ad subiectionem, nō debet attendere in mandatis dei, sed patris suo spiritua li omnem uoluntatem suam committere, quia illi per omnia obedien, non incurret peccatum apud deum. Sed heu heu, quām pauci inueniuntur tales obediētes: quin potius est inuenire, qui statuta seniorum et ordinaciones prælatorum studiose discutivint, hæret ad singula quæ injunguntur, exigunt de quibusdam rationem, & male suspicantur de omni præcepto, nec unquam libenter obediunt, nisi cum audiē cōtigerit, qd forte libuerit. De quibus dicit Bernardus: Sic profecto sic multorum, inquit, usq; hodie pusillanimitas & peruersitas exigit, ut ab eis quāri oporteat, qd uis ut faciam tibi more illius cæci euangelici, non ipsi quæ- In ser. de cē- runt: domine quid me uis facere? Cēsiderare enim ne- uers. S. Paul. cesse habet minister & uicarius Christi, quid sibi præ Luc. 1.8. cipi uelint, nō ipsi considerant quæ sit uoluntas præce A. Eccl. 9. ptoris. Hęc Bernar. De hoc refertur exēplum notabile libro 10. Viris patrum. Legitur namq; ibidem, q; qui- tam frater dixit eidam seni magno: Abba uolebam inuenire senem aliquem iuxta uoluntatem meam & morari cū ipso. Et dicit ei sen. x: Enī quāti is dñe n̄ eius. Ille aut̄ affirmabat huiusmodi esse desiderium suū nō intelligēs q̄ locutus ēst senex ille. Sed cū uideret senex eū existimātē q̄ bñ sentiret, dicit ei: Ergo si inuenissemū uolūtatem tuā, uis manere cū eo? Et ille dixit: Etiā

I      ii      uolo

## SPECVLVM

mo lo hoc, si inuenio secundum uoluntatem meam.  
Dixit ergo ei senex: Non ut tu sequaris uoluntatem se-  
nis illius, sed ut ille tuam uoluntatem sequatur, & ita  
in eo repauset. Sensit autem frater ille quæ dicebat, et  
surgens prostrauit se ad pœnitentiam dicens: Ignosce  
mihi, quia ualde gloriabar, estimans me dicere, com-  
mihil tenerem. Hæc ibidem. Quod igitur iam supra di-  
xi, repetam. Est enim misericordia iædiosa, sed iucunda re-  
rum utilium repetitio. Teneat propterea memoriter  
religiosus quisque, quod omnis inobedientia, murmu-  
ratio & proprius sensus pertinacia deuiat à via uitæ, &  
deducit monachum in perditionem. Ait Anthonius:  
Ingens dæmonum turba istum peruerat aerem, non  
procul à nobis hostium ceterua discurrit. Hostile il-  
lis contra omnes Christianos, maxime contra mona-  
chos & uirgines Christi odium est. Non habet autem  
efficacius uenenum ad interfectionem spiritualem clau-  
stralium diabolus, quam si uadeat proprias sequi uo-  
luntates, & suæ prudentiæ sensualitatique inniti. Ter-  
tio ad ueram obedientiam requiritur, quod sit hilas-  
ris, hoc est, secundum Augustinum, ad fratres de ere-  
mo, quod monachus corde incundo, facie se renata, ore  
risoriori, & oculo ornato, sanctitatis splendore cù omni  
charitatis affectu obediatur, quia secunda ad Corinthi-  
os: Hilarem datorem diligit deus. Ecclesiastici trice-  
simoquinto: In omni dato hilarem fac uultum tuum  
De hoc modo obediendi dicit etiam beatus Bernardus  
sic: Serenitas in uultu & dulcedo in sermone multum  
colorant obedientiam obsequentis. Nubilosa corpo-  
ris compositio, & facies tenebris tristitia obfuscata  
deuotionem ab anima recessisse significat. Quis enim  
libenter imperat homini tristitiam effanti. Felix pla-  
ne ille monachus, qui tales se exhibet prelatu suo, ut  
audacter

Monasticen  
professis no  
tanda s̄tēn-  
tia.

Audacter ei quod uult præcipiat, cuiusmodi erat Philemon, ad quem scribens Paulus ait: Confidens de obedientia tua scripsi tibi, sciens, quoniam & super illud quod dico, facies. Bernardus. Illū optimum dixerim gradum obedientiae, cum eo animo opus iniunctū recepit quis, quo ei p̄cipitur. Quarro ad perfectam obedientiam requirit, q̄ sit uelox & celeris. Vñ Bernardus: Verus obediens mandatū non procrastinat, sed statim parat aures auditui, pedes itineri, manus operi, & se torum intrus colligit ut mandarum pagat imperātis, non attendens quale sit quod p̄cipit, hoc solo contentus quia p̄cipitur. Item Hieronymus. Perfecta obedientia est, sua relinquere imperfecta, & imperātis implore p̄cepta. Quod factum legitur de quodam sancto monacho nomine Marco, qui sedebat scribens in celo sua, & cū incepisset literā o, & fecisset quasi medietate illius circuli, audiuit uocem spiritualis patris clamatem, qui statim relicta illa litera imperfecta festinavit ad ostium cellulæ, ut uoluntati patris satisfaceret. Prouer. 22.  
 De hac festinatione scribit in proverbiis: Vidisti hominem uelocem in opere suo, coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles. Ad hanc celerem obedientiam inuitatur a domino dicente: Zachæ festinans descende, Luc. 19.  
 scilicet a propria uoluntate & affectione sine concupiscentia. Et sequitur remuneratio: Hodie salus huic domui facta est. Quinto ad ueram obedientiam requiritur, quod sit fortis & uirilis. Vnde Bernardus in libro de præcepto & dispensatione. Perfecta obedientia legem nescit, terminis non artatur, non contenta angustiis professionis largiori uoluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne quod iniungitur, spontaneo uigore liberalis alacrisq; cōmodū non Prouer. ult.  
 cōsideras in infinitā libertatē extendit. Idem quoq; ali

## S P E C V L U M

bi pertractas in proverbiis: Manum suam misit ad for-  
tia, sic dicit. Agendum est instanter & constanter obe-  
diendum, nec inter asperitatem uerberum tam rega-  
lis est semita relinquenda, & loquitur de semita obe-  
dientiae. Christus etiam hanc semitam pro morte igno-  
pen. Factus obediens usq; ad mortem, mortem autem cru-  
cis. Mementote quia Christus ne perderet obedienti-  
am, perdidit uitam. Hæc Bernardus. Sexto requi-  
ritur ad perfectam obedientiam, quod sit humilius, iu-  
xta illud Lucæ decimo septimo. Cum feceritis omnia  
quæ præcepta sunt uobis, dicite, scrui inutiles sumus.  
Dicamus semper contraria ad superbi pharisei uerba:  
ri hominum innocentes, castitate pollentes, orationi  
instantes, sobrie, iuste, & pie uiuetes in hoc seculo, fru-  
ctu dignæ penitentiæ facientes, sicut erat hic publicanus,  
& sicut meretrix hæc, de quibus iurat ueritas, q; p;c  
det in regno dei phariseos. Non ieuno, non decimas  
a te iudicetur ignoro, auquo fine terminetur. Hec Be-  
da. Vñ Bernard. Magna uirtus humilitatis, sine cuius  
obtenuit uirtus obedientiae nō solum uirtus nos sit, sed  
sed etiam in superbia detestabilē erumpit. Siquidē, ut  
ait Petrus Blesen. in epist. Ille qui in altis habitat & hu-  
milia respicit, superbia sup omnia detestatur: Hæc est  
enim illa Athalia, quæ fere omne genus regium extir-  
pauit. Hæc est bestia saltus, quæ devorauit exerci-  
tū Absalon. Hæc est erugo & tinea, quæ omnem mētis  
ornatum deprauādo consumit. Iuxta præceptum quo  
que diuinæ legis, qui dederit de semine suo, id est, de  
opere obedientiæ suæ idolo Moloch, id est regi superbie  
morietur. De isto mō obediēdi, scilicet humilier sic di-  
cis

Philip.

Sextus

sit uenerabilis doctor & magister libri de gestis saluatoris: Pro nostra, inquit, forma uiuendi, domini Iesu Lib. 4.  
 obedientia oculo fidei uideamus, de qua dicit euangelista. Descendit cum illis Iesus nazareth, & erat subditus illis . Descensus est in obedientia. Nam nisi animus ad ima descendat omnino reluctabit obediens . Hic descensus ab arce mentis fit ab omni altitudine cordis, ab omni tumore mentis, ab omni iudicio elationis, ab omni proposito contradictionis, & ab omnibus reputatione propriæ cognitionis . Usquequo erit descensus Nazareth est terminus. Nazareth flos est. Florida namq; in odoribus, florida in aspectibus debet esse obedientia. Nazareth est uirgatum, sine uirga corruptionis & disciplina obedientia perfecte non agitur. Qui paccit uirge, odit filium dicit scriptura de carnali filio. Verū sic experientia docet de spirituali filio atq; patre. Luce clarius paret, qd pater spiritualis nō corrigēs subditū usq; ad æternā mortē odit eum. Sit ergo in Nazareth obedientia, & accipiat qui præstet omnino uirginitū, et corrigat quē assumpsi in filium, Sanctitas interpretat Nazareth. Sanctitas certe à sanguinis tinctura sumpsit initium, & sanctus sanguine tinctus dicitur & usque ad sanguinem imprætermisse oportet obediens. Nam & Christus Nazareth subditus factus est obedientis usque ad mortem, & omnem in sanguinis effusione. Sed qui erant huic monacho, qui omnium dominus erat præsidentes Maria & Joseph, ueritas & charitas. His ducibus & his prælatis sine intermissione obedientiamus. Si qui autem præcipiunt, Mariam illuminationem, & Joseph augmentum à suis lateribus habeant ut præter ueritatem & charitatem subiectis nullmodo præcipiant, & præter ipsos subditos alia scire non doceant, neque cogant: qui uero experimento non

Prouer. 15.

## S P E C V L V M

didicit obedientiam, saepe incaute præcipiet, sed fides  
obedientis liberat utramq;. Durū est quod sciat & qui  
tare nesciens ambulare. Docere uero quod quis nō di-  
dicit, aut præsumptio, aut stultitia, aut paracletus est.  
Nempe absq; dubio non a uerbo aut a libro, sed ab ex-  
perientia ipsarum, aut ab infusione cōprehenduntur  
perfectæ uitutes: Et si de Christo dicitur, ex his que  
passus est, didicit obedientiam, quod sequitur tacebo.  
*Vnde Gregorius primo dialogorum: Vlus recte con-*  
*versationis est, ut præesse non audeat qui subesse non*  
*didicit, nec obedientiam subiectis imperet, quam pre-*  
*lati non nouit exhibere. De isto modo præcipiendo*  
nex, quia si quis cum timore dei & humilitate iniungit  
fratri aliquid facere, sermo ipse qui propter deū egr-  
ditur, facit ipsum fratrem subiectum existere, & im-  
pleret quod iniunctum fuerit. Si autem quis uolens iu-  
bere fratri, & non hoc secundum timorem dei fecer-  
it, sed per authoritatem & austoritatem, uolens sibi  
in eo potestatem uendicare, deus qui uidet occulta cor-  
dis, non permittit cum audire uel facere quod iube-  
tur. Manifestum est enim opus quod secundum deum  
fit, & iterum manifestum est quod in potestate iniun-  
gitur, quoniam quod a deo est cum humilitate & ob-  
secratione imperatur, quod autem ex potestate cum  
furore & perturbatione, utpote quod a maligno est.

Septimo  
Li. 1. Mora.

Apoc. 2.

Septimo & ultimo requiritur ad ueram obedientiam, quod sit perseverans usque ad mortem, quia si-  
cud dicit Gregorius: Incassum bonum agitur, si ante ui-  
tae terminum deseratur, quia frustra uelociter currit,  
qui priusquam ad metam peruenit, deficit. Et Ioannes  
in Apocalypsi ait: Qui uicerit, scilicet propriam affecti-  
onem & uoluntatem, & custodierit usq; in finem ope-

Nam ea: dabo illi stellam matutinam, id est, mīcipsum.  
 Dicamus ergo cum beato Iob in corde nostro, donec  
 deficiam, non recedam ab innocentia mea, justificati-  
 onē meā, q̄ cōp̄i, non deseram, ut impleaf̄ in nobis il-  
 lud sapientiæ. Esto firmus in via domini, & sequetur  
 te uerbum pacis & iustitiae, scilicet illius qui dicit: Ve-  
 nite benedicti patris mei percipite regnum. De tri-  
 bus modis obediendi p̄cipue dedit dominus Aposto-  
 lis formam, dicens: Non uos me elegistis, sed ego elegi  
 uos, & posui uos, ut eatis & fructū afferatis, & fructus  
 uester maneat, ut scilicet obediant humiliter, uiriliter,  
 & perseveranter. Non inquit uos me elegistis, ne glo-  
 riemini, quasi ex uobis, sed ego elegi uos, ne sitis ingra-  
 ti, quasi non acceperitis, & posui uos ut eatis & fructū  
 afferatis, ne torpeatis ocio, gratiam dei inuacuum re-  
 cipientes, & fructus uester maneat quatenus perseverā-  
 tia coronetur. Has dilectissimi septem obediētiae re-  
 gulas cordis auribus retinere studeatis, nec ab ipsis cō-  
 ditionibus præscriptis propriæ uoluntatis præpedi-  
 ente sentimento unquam resilire contendatis. His sunt Gen. 28.  
 Septem gradus scalæ, quam uidit Iacob, ut habetur in  
 Genesi. Cuius duo latera possunt intelligi paupertas  
 uoluntaria & contumacia, uel ab renunciatio propriæ  
 uoluntatis & proprii sensus. Attendenda uero sunt  
 quatuor, quæ de hac scala dicuntur. Primum est, quod  
 erat stans super terram, in quo notatur rectitudo in-  
 tentiōnis, quæ debet esse in his, qui viam obedientiæ  
 āngrediuntur, & excluditur per hoc macula intenti-  
 onis terrena. Nam eorum qui habent terrenam inten-  
 tionem in religione, scala non stat, sed potius iacet su-  
 per terram, seu potius directa est ad infernum. Secun-  
 dum, quod de hac scala dicitur est, quod cacumē eius  
 āngehat cælum, in quo figuratum est, q̄ conuē satis  
 I v religiosorum

P<sup>m</sup>z<sup>m</sup>

## S P E C V L V M

geliōsorū, debet esse in cælis, uel q̄ immed iatus trāſtus est in mortē à uia perfectæ obedientiæ in cælā. Parum enim uel nihil morantur perfecte obedientes in purgatorio, quia in uero obediēte Christus uiuit &c operat. Iuxta illud ad Galatas. Viuo ego iam nō ego uiuit uero in me Christus. Non est enim uerisimile, q̄ deus sit in futuro eorum ultor, quorum hic est autor. Tertium est, quod Iacob uidit angelos ascendentēs et descendētēs per scalam illam, in qua designatur, qd uia obedientiæ uita angelica est. Siue enim descendat uere obedientes fratribus suis ministrando, siue ascendat deo assistendo in oratione, lectione, meditatione, ad modum angelorum uolūtatem dei peragat. Quartum est, quod dominus erat innixus scalæ, in quo insinuatur quod perfecta obediētia se habet immediate ad deum. Nullum enim uel modicum interuallum est, inter mortem uere obedientis & diuinam uisionem. de hoc in Climacho tale refertur exemplum. Cum enī quidam senex diceret alteri de quodā iuniore monacho, quod mortuus esset, respondit ille: Hoc mihi p̄suadere nequibus, ut audiam & credam. Sciebat namque, quod uerus obediēs in uita fuisset. Tunc senex ait: Veni & uide. Surrexerunt ergo ambo celeriter & ad cimeterium peruenierunt, & clamauit ille alter tanquam ad uiuentem, & dicit ei: Frater Innocenti mortuus es? At uero perfectus obediens & post mortem obediētia ostendens, respondit: Pater quāmodo possibile est hominem operatorem obedientiæ mori! Item insinuat in hoc, quod dominus innixus est scalæ, quod ipse paratus est iuuare & conseruare eos, qui uiam obedientiæ aggressi sunt. Pro his omnibus dilectissimi studeamus hanc uirtutem obedientiæ cordialiter adimplere, quam tam solenniter promisimus apertis ianuis in professione.

## S V B D I T O R V M      Fol. 69.

professione, qm si contra uotū inobedientes fuerimus,  
 aut cum murmure obediētes; furti, peculio rei iene-  
 binur, & ranq; alienæ rei inuaores, scilicet abnegat &  
 voluntatis peccati ueniam non merebimur, priusquā  
 quod ablatum est, fuerit restituū ut dicit Augustinus,  
 In epistola ad Ma. edonium. De cōmendatione huius Serm. 2.  
 Virtutis, scilicet obedientiæ, sic dicit idem Augustinus  
 ad fratres de cremo: O uenerabilis sanctaq; obedientia  
 tu salus oīm fideliū, custodia oīm uirtutū, tu cœlū  
 aperis et infernū claudis, tu etiā filiū dei ad terrā posui-  
 sti, & uenit inter homines, nō ut faceret uolūtatem ho-  
 minis, sed uolūtatem patris qui misit eū. Volūtas enī pa-  
 tris fuit ut redimeret humanū geno, & recōciliaret ei  
 creatura sua quæ pierat, & ut uolūtas patris p̄ficeret,  
 filius fuit obedientiē usq; ad mortē. Ut ergo nō esset no-  
 bis obedientia laboriosa, exitum plentis uitæ salvator  
 per obedientiā terminavit. Iure ergo obedientia sacrī  
 ficio p̄ponitur, qd de potestate diaboli nos eripuit, qd  
 nullum legale sacrificiū facere potuit. Nec mirū, si nos  
 peccatores obedientiæ in hac uira subiçimur, qn hanc  
 mediator dī & hominū etiā in morte nō deseruit, sed  
 ei subiçit, qui per omnia erat patri coæqualis. Nos  
 aut propter peccatum alijs hominibus subiecti sumus.  
 Nam natura oēs æquales genuit, sed inæqualitas, que  
 accessit ex uicio, ordinata est dei iudicio. Vnde opor-  
 tet nos obedire hominibus. Ideo fratres mei atten-  
 dite & parati semper estote ad obedientiam mandato-  
 rum dei, paratas semper habentes aures auditui & in-  
 guam uoci, pedes ituros festinate, manus ad ope-  
 ra sine mora parare, corde iucundo, facie sere-  
 na, ore risorio, & oculo ornato sanctitatis splen-  
 dore, non tamen timore huius seculi uel ineru, sed  
 omnis

## S P E C V L V M

omni charitatis affectu sanctam obedientiam seruare  
nos opto. Tūc enim aī tribnal iudicis Abrahā nō uos  
condeinabat, sed commendabit, non uos à se expel-  
let, sed conuocabit: non uos maledicet, sed sublimabit  
in æterna patria. O monache, lege quod dicitur, me-  
lior est obedientia quam uictima, quæ causa est, nisi  
quod in uictimis aliena immolatur caro: sed in obedi-  
entia uoluntas propria & caro maestatur. Estote ergo  
fratres mei obedientes, ut deum placare possitis de pec-  
catis commissis. Tanto enim citius placat homo de-  
um, quanto repressa arbitrij sui superbia gladio pre-  
ceptri se iminolat. Hæc est illa obedientia, quæ concor-  
diam conseruat in angelis, pacem nutrit in monachis,  
tranquillitatem generat in ciuibus. Hæc est illa obedi-  
entia, sine qua respublica stare non potest, sine qua fa-  
milia aliqua regi nō potest: O quam enorme uitium,  
quod obedientię contrarium fuerit. Per hoc diabo-  
lus cælum perdidit, per hoc homo paradisum amisit,  
per hoc Saul regnum, per hoc Salomon amorem diui-  
num. O sancta dei sponsa obedientia, tu perfecta sca-  
la, qua cælum ascenditur, tu quadriga qua Helias ue-  
hitur in paradisum, tu porta fidelium paradisi & clau-  
sura reorum inferni. O sancta obedientia, tu humili-  
tatem nutrit, tu patientiam probas, tu māsuetudinem  
examinas. Estote ergo fratres mei, cum Abraham obe-  
dientes, reddētes quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt  
dei deo. Tunc uero reddimus Cæsari debitum, quan-  
do duliam prælatis nostris reddimus. Hæc enim du-  
lia consistit in reverentia in rerum exhibitione & di-  
lectione. Hoc autem facere debemus non solum pasto-  
ribus, sed etiam sanctis dei, & tunc reddimus per obe-  
dientiam quæ sunt Cæsaris Cæsari. Sed tūc reddimus  
quæ sunt dei deo, quando in latria persueramus. Hæc  
enim

Cōmēdā vbi

enim soli deo conuenit. Hæc enim consistit in oratione & gratiarum actione cultus exterioris hominis exhibitiōe, & interioris mentis deuotione, quod facere & perseverare deus ipse nobis in æternum dignetur.

De commendatione etiam huius uirtutis, scilicet obediētię, in libro de gestis saluatoris tale ponitur exemplum imaginatum: Quodam tempore conuentum atque congregationem omnes uirtutes inuisibilem fecerunt, in medio statuentes pueram parvulā, obedientiā, & ueritas in medio surgens inuisibiliter ab omnibus perquisiuit. Habetis ne aliquid querelæ aduersus hanc? Et responderunt: Nequaquam, immo ipsa uelut iusta cum sit tamen primiceria nos omnes honorat, in omni loco, tempore & opere nos ueretur, nostras perficit uolūtates, testificat cōgregationem nostram, nec unquam querimonia aut murmur auditur ab ea. Ipsam dicimus omnino innocentem ac liberam sine exactione diuina debere regnum cælorum introire, pralato respondentे iudici deo pro ea. Similiter fecerunt & dæmones aduersus obedientiam querentes simonia, et nō inuenierūt ipsam in aliquo suis legib⁹ subiacere, sed omnino rebellem, & nihil eorum iuris inuenientes in ea, maledixerunt atque condemnauerunt eam ab ipsorum regno, disponentes contra eam bella crudelia, quia ipsa ipsorum dæmoni fines actus intrepido semper pulsat.

### De fructibus obedientiæ

#### CAP. VI.

**C**IRCA tertium membrum principale prop̄ situm, scilicet de fructibus obedientiæ, accinio in aliо loco thematis illud quod scribatur in Gene. Per me

## SPECIUM

Gene. 22

memet ipsum iurauit quia fecisti rem hanc, & non per-  
 percisti filio tuo unigenito propter me, benedicam  
 tibi & multiplicabo sicut mentum tuum, sicut stellas caeli, &  
 uelut arenam qua est in littore maris, possidebit semen  
 tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur  
 in semine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti uoci  
 mea. Ecce quam promissionem recepit mercedis a  
 deo per angelum de celo, facta obedientia beatissimi  
 patriarchae Abrahae. Eia gaudete & exultate omnes  
 claustrales & uiri religiosi, gateste Origene uos quoque  
 prae dictam angeli uocem audietis: Nunc cognouistis  
 quoniam times tu deum, quia non pepercisti patrem tuum  
 aut mariti, filio tuo uel filiae uel uxori, aut non pepercisti  
 pecuniae uel honoribus seculi & ambitionibus mun-  
 di: sed omnia contempsti, & omnia duxisti ut ster-  
 cora, ut Christum lucrifaceres. Vendidisti omnia &  
 dedisti pauperibus, & secutus es uerbum dei, & rerum  
 omnium principi per religionis uinculum adhaeres.  
 Felix hac tue uitæ commutatione, felix ter quater que-  
 rare. Campus diaboli mundus est, in quo cum mortali-  
 bus pugnam conserit, & quasi leo rugiens circuit te  
 Mendicam ram & perambulat eam, querens quem deuoret & ex-  
 p' in quo cui ringuat, cuius insidias qui formidare uoluerit, se mihi  
 diabolo quo do subtrahat, se mundo occidat, non in hoc sit mun-  
 dicie congre do corruptibili, tanq' ciuis, sed tanq' peregrinus & ad-  
 diendū pīs, uena, non dormiat cum debeat uigilare, Caveat circuī  
 spiciatque ne antiquus hostis & continuus infidulator  
 aliunde lateret & improbus esiliat, ubiq' cogitet eū  
 adesse, & quidquid inuenierit oculis gratum, auribus  
 mellisimum, suave olfactu, gustu dulce aut delectabile  
 tactu, vel in quo mens rapiatur aut excitetur appeti-  
 tis, quidqd tale inuenierit cīcā infixam hamis putet. &  
 iba

Ibidem latere nouerit inimicum. Quidqđ in hoc campū  
 pō est, diaboli telum est. Si in hunc campum carnalia  
 cēcupiscendo declinetur, hosti potentissimo uel occa-  
 sio pugnat & spes uictoria præbetur. Tu aut̄ bone mo-  
 nache, ut ad te redeam, dirupisti uincula, contriuisti la-  
 queum, & liberatus seculum & mundi pōpas taliter re-  
 liquisisti, qā hinc elevatis alis ad religionis altitudinem  
 euolasti, ut maxima tibi sit indicta perseverādi necessitā-  
 tas cauendīq; ne per præcipitia redies in ruinā ad mū-  
 di labes, & quas fugisti miserias, reuertaris. Quidam  
 nāq; dicunt mundum istū esse olenē, fecidam & im-  
 mundissimā sentīā turpitudinum. Quam fugere mū-  
 dicio mentis est, purificatio cordis, intellectus illumi-  
 natione, & ad huius aggrauantis corporis futuram glo-  
 rificationem, quam speramus & credimus post aduen-  
 tum domini sola uia. Heu heu, munde corruptibilis,  
 munde corrupte, mīside corrāpens, quis te cognoscet?  
 quis te spernerēs te fugiet? Utinā nudus in oculis ho-  
 minū turpitudo tua, qua amatores tuos turpisimos  
 effici & immūdos, ut te meliori cōfilio fugiat & cui-  
 tent. Audi ueritatē. Qui diligit mundū, nō est charitas  
 patris in eo. Qui mundū diligit deū odit. Nō est cū deo  
 qui mundū amat. Per solā enim dilectionē cum deo su-  
 mis, nā increata illa charitas solum creatae charitatis  
 merito possidetur. Nec cogitemus deū & mundū  
 simul posse diligere & seq. Cū ait ex dilectionē spes p-  
 fecta oriat, scilicet æternæ illi<sup>9</sup> incorruptibilis glorię  
 percipiēde, mundū diligēdo quid sperabimus? Cer-  
 te mundo perfri, abundare diuitijs, explere uolu-  
 ptates, alijs præsidere, quæ quidem uia sunt ad tarta-  
 rum non ad cælum, ad diabolum non ad deū. Et  
 tamen tanta mentiū nostrarū cæcitas est, q; illa querā-  
 mus & ad ea qđsi beatifica totius mentis uitribus anhe-  
 lamus.

## S P E C C V L V M

Iamus. Excitiamus ergo has tenebras, & mundum re-  
linquentes nos ad illud lumen inextinguibile conuer-  
tamus. Si enim sicut sacra testatur historia, dū in mun-  
do manemus, perigrini sumus & adueniæ sumus cor-  
domino, & nostrum est inquirere patriam cum sumus  
hospites super terrā, in eo diuertimus non manemus.  
Nam dies nostri sicut umbra super terram, & non est  
mora. Quæ cum ita sint, cur non patriam uera-  
inquirimus? Cur non ad illam cælestem, ad quam su-  
mus geniti properamus? Cur in itineris nostri diuer-  
sorio non solum retardantes uiam, sed perdentes pa-  
triam, cupimus permanere? Et quoniam diuersorum  
recessuri declinant, aut locum in quo uiatores mox  
reperiuntur: ita quod per utram euntes ab alia de-  
clinamus. Quid faciamus amatores mundi? Quā ful-  
tum erit in diuersorio mentem & spem apponere, ubi  
mox sumus etiam si stare uoluerimus, recessuri. O-  
quanta dementia tenet in hac mundi dilectione mor-  
tales. Diligimus exilium, negligimus patriam, man-  
sura spernimus, trahitoria uere transiuntes amamus.  
Non possumus, fateor, corpore mundum istum ex-  
ire. Hic enim gignimur, hic uinimus, hic nutritur:  
mentem tamen hinc si uoluerimus, ualemus eleuare.  
Respiciamus, dum in mundo pergimus, ante pedes.  
Mundus iste diuersorum est, plures ante oculos uiæ  
sunt, uiæ uoluptatis, uiæ uirtutis, uiæ transgressionis,  
uiæ obedientiæ, uiæ inferi, uiæ cæli. Quid faciemus o-  
mortales? Ad uoluptates infirma caro nos trahit, ad  
transgressionem diabolus, ad infernum mundus. Con-  
tinentia autem in deum nos dirigit, obedientia ducit,  
mundiq; abrenunciatio deo nos unit. Nos dormia-  
mus in diuersorio expectantes, donec eñciamur. Si ue-

Mire in patriam uolumus, surgendum est & properandum, uia enim longa, arta, ardua & laboriosa super Quibus com randa est. Longa quidē amatoribus mundi, qui a deo misib⁹ ex in uiam longissimam abierunt, arta diuitiis, quos hoc mundo e porte diuitiarum dimittere sarcinas, si uolunt ad in patriam calorum principē peruenire: ardua uoluptuosis, qui- pergendum bus opus est mentem a sensibilibus reuocare, & delati onem suam erigere in cælis, quam habebant in terris: laboriosa negligentibus, qui habent pugnare cā car ne, luctari cum mundo, certare cum diabolo. Surgamus ergo, nam breuem & compendiosam uiam nobis efficiet charitas, amplā paupertas, planam sobrietas, facilem & amenam quotidiana uictoria, & quod uictorizē præmiū est, immarcessibilis gloriæ spes non vacua. Sufficiat nobis de mundo necessaria sumere, & a malo quicquid fuerit amplius reputare. Famem re primi, sitem extingui, imbris & frigora pelli, uen torumque & æstuum uim arceri natura desiderat. Quicquid ultra est, à malo est. Videntis, ni fallor, dilectissimi fratres & filii aliqualiter, quid sit mundus iste quem fugisti, cuius fallacias utilissimum arbitror denu dasse, ut reliqui sectatores mundi quid ament quo tam perdite delectantur, quoue tam miserabiliter implicetur, discussis nebulis agnoscant. Agere uos moneo gratias altissimo qui uos eduxit de ur Chaldæoru, id est, de incentiuo uictoriū, scilicet mūdo, & induxit in terrā bonam melle & lacte manantē, hoc est, ad religionē in qua quotidianus spiritualis dulcedinis percipere possitis alimoniam. Non enim charissimi sine diuini numinis dispositiōē factū putetis, quod cogitare cœpistis, qua liter in seculo pro transitoriis dimittebatis æterna. & denique creatorem pro creature deserentes, à caelesti patre suscepta portione substantiæ, que uobis contin

## SPECVLVM

gebatur profecti eratis in regionem longinquam: ubi de  
nigri cupius: certis fame facta de porco unum siliquis satia-  
ri. Ad uos itaque reuersi diuinae gratiae lumine in tene-  
bris effulgente, sine qua ne dum bona facere non posse-  
mus, sed etiam uelle praesertim efficaciter non ualea-  
mus. Ad uos, inquam, qui pro secularibus occupatio-  
nibus tranquillitatem religionis, pro mundi delitio-  
nibus asperitatem ordinis, pro transactae uitae superbia, in  
qua superiores gradus clatis affectibus cupiebas, ob-  
edientię iugum, non uerbo solu sed per seictum ope-  
ris, elegistis, gloriosum nomen monachi assumentes,  
meus dirigit sermo. Qui haec tenus uitias uixistis, nunc  
mirtutibus hactenus uanis, nunc solidis occupamini.  
Denique stabatis in mundo quasi ciues & incolae toti in-  
terrenorum amore submersi, nunc autem uos uiato-  
res agnoscentes cœpistis uos gerere peregrinos in ter-  
ris. Et de timore seruili si quis in uobis tunc erat, quo  
peccatores dei iudicium metuebatis, ad timorem di-  
lectionis & recuerentiae quod declarat religionis ele-  
ctio, uos ad deum crearem & redemptorem uestrum  
laudabiliter conuertisti. Ad uos ergo libellus iste dis-  
rigitur, in quibus tantum gratia diuina ualuit, quod  
fugisti carnē, mundum, & diabolum, quæ tria mors  
sunt, & sequimini deum patrem & filium & spiritum  
sanctum, quæ tria uita sunt. Itaque relitto mundo, deum  
& deo frui, in quibus consistit omnium futura mor-  
talium immortalis beatitudo, desiderantes, uos religi-  
oni optimo consilio & vinculo pene necessario dixe-  
rim tradidisti. Catena quidem est qua rationalis crea-  
tura suo creatori desideriosa coniungitur, ut se mun-  
do subtrahat, statumque perfectionis religionis di-  
gnitatem professus, indies magis atque magis profici-  
ens in illam perfectionem redigatur per gratiam, cu[m]  
etiam

## S V B D I T O R V M

fol. 79.

Mi<sup>hi</sup> summo & ineffabili bono, in quod omnia tendit,  
 immarcessibilis & æternæ gloriæ particeps religet.  
 A qua religatione, id est, perfecta nō solum iterata li-  
 gatione uocabulum illud credi potest non irrationa-  
 biliter descendisse. O uere uinculum, o preciosa care-  
 na, o salutare ligamē, o funiculum triplex, per mare  
 per terras, inter ignes & gladios & qua cunq; pericula  
 exigitari posunt, expetendū. Videamus, si placet,  
 an uere funiculus triplex sit hæc de qua loquimur &  
 quā lequimur mundi cōragione expiata modis omni-  
 bus religio. Triplex tu fallor consecratione uotū toti-  
 us religionis perfecio continetur, sicut iuxta Apos-  
 toli dictum. Quidquid in mīfido est, de trīus unum est.  
 scilicet concupiscentia carnis, aut oculorum, aut sup-  
 bia uitæ. Concupiscentiæ quidem carnis continentia  
 uotū opponitur. Concupiscentiæ oculorū, quæ prote-  
 sto pallentis auaritiæ est, illa felix & locuplex electio  
 paupertatis, qua propter deū cuncta dimittimus, quæ  
 & sic nos in via uacuos reddit, q̄ ueniamus pleniores  
 in patria: sic tēporalibus exuit, q̄ induit nos æternis,  
 noscirur cōtraponi. Superbita aut uitæ quis nescit ob-  
 vigatione propriæ uoluntatis, & illa difficultas  
 qui cognitam ampliatur, & amplexam consta-  
 ter prole quiur usq; in finem. O uia nedū parum nota  
 sed paucis, uia quidem difficilis arcta, arcta, & labo-  
 riosa, deducens tamen in patrīam, uia quidem diffi-  
 cilis, sed uirtutis, uia mortalium sed ad immortalia,  
 uia sollicitudinis sed ad metam perducens tranquil-  
 litatis, & quod dulcissimum est uita prater abrupta  
 secuti dirigens ad amēna spacia paradiſi. Tu sta-  
 tus perfectionis licet non semper collectio perfectioris  
 tu schola ueritatis, minorū expultrix, regula morum,

Eccl. 40

## S P E C V L V M

& cultura uirtutum. Tu custos pudicitiae, doctrina obediencie, mater honestatis, magistra sobrietatis. Tu uictrix insolentiae, superatrix inanis gloriae, fugatrix ciationis, sedatrix contentionis. Tu praecepstibes, ad consilia obligas, auges merita, aggrauas delicta: & quod super omnia maximum est, tu sola cum charitate uinculum es, quo deo coniungimur & unimur. Quapropter in Polycratico scribitur sic: Firmiter tene, quod nulla uita fidelior, nulla simplicior, nulla felicior, quam eorum qui in claustris humiliter degunt abiectione sua degentes, obedientes praelatis suis in omnibus subiectione & reuerentia, non appetentes sub obedientiae nomine dominatum, aut uagadi aut ociandi licentiam, uasa sua possidentes in sanctificatione & honorare, prestantes in silentio & patientia salutare dei, a derractione & murmure alieni, excipientes ab ore domini in quiete uerbum quod saluare potest animas suas, grata inscenres cum deo colloquia, & quasi terrestres angeli sunt totius mundani perturbationis ignari. Qui vero ad expletandas necessitates egrediuntur humiliter, & in eis fideliter uersantur, & si non secundum plane utiliorem exercent uitam, maxima laude digni & reuerentia. Verum propter dissolutionem & inordinaram uitam quorundam religiosorum uere religionis gloria non diminuitur. Nam religio in his qui eam intrantes profissent uotis adeo uera a deo probata confundit, ut nullius reprehensionis aculcos refundet. Siquidem Carthusienses quasi incendiis carnis triumphatores praecepi ubique clarescunt, Cistercienses beati Benedicti, quem omnium iustorum spiritu plenum fuisse constat, praecepta & uestigia sequuntur ad unguem, Cluniacenes religionis formam inlungaverunt. Eremitae quoque solitudinem saluatoris

L. 7. ca. 20

Jacob. 1:

L. M.

his & filios prophetarum institutionis suæ habet autores. Fratres templi Machabœorum exemplo ponunt animas pro fratribus suis. In his tamen omnibus fideles inueniuntur & reprobi, nec ob id religio-nis aut professionis ueritas deformatur. Quæ cñm professio est aut quæ unquam societas legit, in quam macula non irreplerit? Angelum apostolam legimus, in primis fratribus parcidium, prophetā reprobū, apostolum proditorem, discipulos Christi perfidos: nec tamen corrumptitur puritas persistentium angelorum, aut minus sancta est societas inuicem diligenterium fratrum, aut prophetæ gratia est in electis cul-pabilis, aut apostolatus in fidelibus contempribilis, aut uita claustral is per uarias dissolutiones oberrantum, & seculariter atq; carnaliter uiuentium est infamis. Ad religionem ergo consugiendum est miseris mortalibus, qui post mundi corruptientis illicē bras-incidentes abierunt accepta carnali portione substantiæ in regionem longinquam, & ad eō longe factus est incolatus eorum. Cogita, quod se immolant in cruce Christus, ut redemptos suo precioso sanguine morte suscepit saluaret. Immo lemus ergo nosmetip-sos, ut saluemur in religione. Ara quidem maxima & sanctissima est hæc semper cum ueneratione nomi-nanda religio, in qua non terrenas fruges, sicut agri-cola reprobarus Cain, offerimus: sed sicut pastor oui-um electus Abel primogenita gregum & de ipsorum adipibus immolamus. Quid est autem terræ fruges of-ferre, nisi deo deterenis operib⁹ uelle placere? Quid est pastorem ouium esse nisi sensus nostros, quos cum bestiis communes habeimus, pastorelem curam assu-mentes regere, & ne bestialiter uagentur cohibere. Nam sacrificium deo spiritus contribulatus, cor con-

## S P E C V L V M

Psal. 50.

tritum & humiliatum deus non despiciet. Sacrificium quidem Abel figura religionis est. Nam sicut in illo rerum omnium principio deo ex primogenitis omnium & ipsorum adipibus immolatur, hoc est primi meritum motus consecrantur: ita sacram religionem professi, deo primos mentis & ulteriores sensuum suorum affectus uoluntatem propriam abdicantes offerunt & submittunt. Et quoniam non qui incipit, sed qui perseuerauerit, coronam accipiet, cauendum est, ne post immolandæ religionis ingressum, ne post illam obligatoriam sanctissimi uoti emissionem egrediamur foras in agrum, hoc est, ad secularia redreamus, ne insurgat in nos diabolus figura Cain & interficiat nos. Qui enim in agro fuerit, id est mundi negotijs dedit, gladio iuxta propheticum oraculum morietur. Nam religio munda & immaculata apud deum haec est, immaculatum se custodire ab hoc seculo. Quis autem infecto mundo poterit adhaerere, quod mundus & sine macula conseruetur? Res magni discriminis est ignoraminam seculi sub religionis habitu circumferre, impietatem sub pietatis umbraculo, & antichristum sub Christi uestibus occultare. Nec te seducat hostis mundus, hostis diabolus, hostis caro. Hactenus enim non fueras dei, es quod tuæ uoluntatis dominus essem, nunc autem tuæ uoluntatis dominium amisisti, imo apud deum abdicatione uoluntaria recondisti. Caeve, quia quoties illa sine deo & uicarij eius, hoc est, prælati tui licentia ad aliquid faciendum deflexeris, rapinæ & sacrilegii reus constitueris. Tunc autem sine deo uoluntarem flectimus, cum eam ad illicita declinamus, & si contra uoti limires nobis aliquid indulgemus. Noli nos, imo noli te decipere, si mundum & immaculatum iuxta cordis penetralia te non seruas, &

Iacob. 1.

## SVBDITORVM

Fol. 75.

pro peccatis tuis continuos gemitus non effundis,  
 sum albas uestes & non nigras induitus sis. Hypocri-  
 ta quidem es, & nomine tantum Carthusiensis. Si ad Carthusianos  
 mundum uel ad ea quae spectant ad mundum, etiam Procur. 3. g.  
 sola mente reuerteris, apostata es, si extra obedienti-  
 am dei & regulam uel praelati tui quodcunque etiam  
 opus bonum feceris, transgressor es. Lectum nam-  
 que tibi fuit ex statutis nostris in ipso professionis tuę  
 die, quod nouitius professione facta ita se in omni-  
 bus quae mundi sunt, intelligat alienum, ut nullius  
 prorsus rei nec suisplius quidem sine prioris consensu  
 & licentia habeat potestatem. Licet enim multa &  
 diuersa sunt, quae obseruamus, uno tamen & solo ob-  
 edientiae bono cuncta nobis fructuosa speramus.

Debes ergo cautissime attendere, ne deo mentia-  
 ris, cui te uenididisti propter regnum celorum, sicut  
 dictum est supra. Semper ergo mi dilecte fili, ueretur  
 ante mentis oculos dies illa professionis tuae, qua te  
 mundo moriens ante altare, quasi mortuum pro be-  
 nedictione suscipienda prætendisti. Recordare iu-  
 giter obligationis tuae chirographum & uerba illa  
 formata ac etiam forte manu propria scripta, quibus  
 te omnipotenti deo solenni uoto pie atque humili-  
 ter dedicasti. O te felicem, mi monache, si postquam  
 ad aratum manum posuisti, non conuertaris retro.  
 si salutem animae tuae immo animam tuam, in dei præ-  
 latice tui obedientia continebis. Recordare, inq., diem  
 illam, in qua de profundis clamasti ad dominum & an-  
 nam tuam apud terrena detentam in salutis æternæ  
 premium ad superos reuocasti. Hunc deo consecratus  
 es: sacrilegiū erit, si te iterū conuertaris ad terrena. Ti-  
 me creditore, cui te indissolubiliter obligasti. Time  
 aliam, cui uoluntatis tuae dominum tradidisti. Time

## SPECULVM

Eccl. 5.

2. Cor. 9

quidem dominum, & inquire quæ beneplacita sunt  
 li. Quid autem sibi placeat, sapientia admonet & prophe-  
 ta confirmat. Inquit enim ille: Si quid uouisti deo, nō  
 moreris reddere, displicet enim illi infidelis & stulta  
 promissio. Reddat, ut iubet Apostolus, unusquisque  
 prout destinauit in corde suo, nō ex tristitia aut necessi-  
 tate, hilarem enim datore in diligit deus. Quod si de-  
 derit tibi dominus, dabit enim si uoles, & uoti nō pœ-  
 niteat tui, si non in necessitatibus tristitia, sed in letitia  
 uoluntatis promissa persoluas non tricesimum de tui  
 seminis, hoc est uoti largitate fructum, nō sexagesimum  
 solum, quorum ille simpliciter Christianis, iste vero  
 clericis referuatur, sed centesimum altissimam perfe-  
 ctionis fructum accipies, qui consummatissimis com-  
 petit religiosis. Tu enim te ipsum uoluntatem & ope-  
 ratua, deo religionem ingrediens dedicasti. Hoc est ue-  
 re sacrificium iustitiae, quod ædificatis muris Hierusa-  
 lem dominus acceptat, cum totus homo totus reddi-  
 cetur creatori. Hoc est uere holocaustum, tamen est, totum in-  
 mittimus, & nihil in nostra relinquimus potestate.  
 Hoc nō faciunt, qui sine uoto opera solum offerunt, &  
 ob id apud dei benignitatem non est dignum ipsos tā  
 tuadem quantum uoti obnoxios promereri. Quis  
 plus gratia meretur: an qui solum fructus arboris, sic  
 superiori donaret, quod ad illorum præstationem, ni-  
 si quantum placuerit sibi non teneatur: an qui arbo-  
 rem donat & fructus tali cōditione, quod etiā post do-  
 plus donavit, plus mereri. Plus autē largitur qui fru-  
 ctus & arborem, q̄ qui solum fructus exhibeat lōgetq;  
 plus, qui taliter in perpetuum donat quod retractare  
 nō possit, q̄ qui taliter præstat, quod ulterius si nō ue-

## SVBDITORVM Fol. 78.

sit, impune ualeat non præstare. Subiungemus igitur  
 religione uoluntatis arbitriū letanter & totaliter deo  
 suo<sup>cq</sup> uicario prælato, ut obedientes eidem quidquid  
 facimus, operemur, ac ut bonitate sua ad preparatum  
 calorum regnum non nos actores, sed sola instrumen-  
 ta bonorum, quæ facere dicimur, acceperando gratui-  
 te perducat. O felicem contractum, o uere lueroę per  
 mutationis auctionem. Religione uoluntates nostras  
 quibus sola mortalia offendentia & damnantia ope-  
 ra possumus, deo concedimus, ut coexistēte nobis deo  
 uitalia meritoria & deum placātia faciamus. Verum  
 quantum nobis minui uidetur arbitriū, tātum nostris  
 operibus uite cumulatur & meriti. Exemplum habe-  
 mus in beatissima uidua Elizabeth, quæ prædicta o-  
 mnia optime sciens, cōsentiente marito, cuiusdam ui-  
 ri religione præcipui scilicet magistri Conradi adeo  
 se subiecit uoluntati, ut quidquid ille præciperet, ipsa  
 cū reuerentia & multo gaudio adimpleret, ut ex hoc  
 & obedientiæ præciperet meritum, & domini salua-  
 toris qui factus est obediens usq; ad mortem imitare-  
 tur exēplum. Magister aut̄ prædictus s̄a pe sibi mole-  
 sta & contraria imponebat, & quos amplius diligere  
 uidebatur ab eius consortio separabat, ut eius uolun-  
 tam frangeret, & ipsum suum affectum totaliter in  
 deum dirigeret. Sed in his omnibus inueniebatur ue-  
 lox ad obedientiam, & constans ad patientiam. Sed  
 quoniam hæc disputatio de mīci fallacīs, & laude re-  
 ligionis, me longius quam arbitrabar à proposito tra-  
 xit, enarrando sub breuitate ipsius sanctæ obedientiæ  
 fruct⁹ prosequar quantum dederit omni  
 potens deus, cui est honor &  
 gloria in secula seculo  
 rum. Amen.

¶ V D

S P E C U L U M  
De fructibus obedi-  
entie.  
C A P . V I I .

Adm 2 febr 15  
obedie

Prou. 13.

Petrarcha

**P**RIMVS itaq; fructus uirtutis obedientiae est,  
quod pacem dat & seruat religioso. Qui enim  
minus est obediens frequentes habet turbatiōes, quia  
non est promptus ad multa, que sibi imponuntur, ad  
quæ si esset promptus nō turbaretur, sed pacē haberet  
Ideo dicitur: Qui timet præceptū in pace uersabit. So-  
lus quidē obediens est, qui cū timore præceptū sui præ-  
lati recipit. Sic intelligo quod gloriolorū terræ uer-  
fidei principiū, alter seruos dominis carnalibus obedi-  
re per omnia, alter uero subditos esse in omni timore  
domini præcipit, illud adiiciens ut hoc non tantū bo-  
nis ac modestis exhibeant, sed etiā discolis. Nec enim  
de domino iudicare seruum decet, sed mores eius qua-  
leicunq; perferre. Quo enim immixtior dominus aut  
prælatus, eo & clarior deoq; acceptior obedientia &  
patientia subditū seu serui est. Vnde poeta laureatus  
Franciscus libro suo, de remedijs utriusq; fortune, dō-  
lori conquerenti de duricia & peruersitate domino-  
rum seu prelatorum respondebat ratio. Nulla re melius  
quā dilectione & obsequio mollient scilicet duri præ-  
lati, & fortassis adeo ut quod obedientibus accidit, in-  
aut subiectum. Deinde dolori conquerenti & dicea-  
ti, imperiosus & difficilis est dominus seu prælatus, re-  
spondet non sine causa illi in fortē obuenisse tecum  
in animo tuo pone. Quicquid ergo iubet quamvis dif-  
ficillimum sed honestum, deum ipsum iubere credito.  
Sic ergo per omnia prælati obedient subditisi iusta  
gratia

## S V B D I T O R V M

Fol. 97.

p̄cipiunt . Non difficultas retrahat, non labor, non Tito  
 negata p̄em̄ia, non irrogata supplicia . Vnde Aposto  
 lus cum seruos per omnia dominis obedire præcepis-  
 set, subaudis dummodo iniustitia & dishonestas absint,  
 addidit . Non ad oculum scruentes quasi hominibus  
 placentes, sed in simplicitate cordis timetes deū . Hæc  
 ille . Secundo , obedientia acquirit religioso gratiam  
 maiorū suorū . Sicut enim syllaba indifferēs, est multū  
 accepta uerificatoribus: quia possunt de ea facere qd  
 uolunt, siue breuem, siue longam, ita & uere obediens  
 prelato suo acceptus est, quia potest de eo facere quod  
 uult . Exemplum habemus in Viris patrum de abbatे Siuanus  
 Siluano, qui cum quereretur a quibusdam, quare dili-  
 geret discipulum suum Marcum p̄t alīs, duxit eos  
 per cellas fratrum, & uocās unum nō statim uenit . Si-  
 militer & multi fecerunt . Cum autem ueniens ad cel-  
 lam Marci uocasset eum, ipse relicta litera imperfecta  
 quam scribebat, statim uenit ad eum . Quo uiso di-  
 xit Abbas eis, Ecce quare plus diligo eum . Et illi dixer-  
 runt . Vere & plus diligendus est a te, quia deus plus  
 diligit eum . Talis etiam erat Paulus, qui de se primæ  
 ad Corinthios decimo ait . Ego per omnia omnibus  
 placeo, nō querens quod mihi utile est, sed quod mul-  
 tis . Vnde Ecclesiastici trigesimotertio: Respicate quo-  
 niā non soli mihi laborauī, sed omnibus exquiren-  
 tibus disciplinam . Augustinus . Quanto amplius rem  
 cōmūnem quā propria uestra curaueritis, tanto uog-  
 amplius proficere noueritis . Terzio, obedientia to-  
 tam cōgregationem quam inobedientia summe per-  
 turbat, pacificat . In cuius figura primi Machabœorū  
 decimotertio legitur: Siluit terra, id est, in pace fuit  
 omnibus diebus Simonis, qui interpretatur obediens .  
 Quartuſ obedientia utilē hoīem facit cōgregationi suę .

K v Ronae

49

39 farto

29 farto

## S P E C V L V M

Ponus enim obediens est sicut asina quæ erat in Hierusalem communis , quam quilibet poterat accipere ad quoscunque usus . Et felix qui potest dicere cum Psalmista : Ut iumentum factus sum apud te , tenuisti manus dexteram meam , & in uoluntate tua nō mea deduxisti me . Quinto obediens custodit à periculis peccatorum . Exequens enim obediens est in negotio regis celestis , cuius mandatum exequitur , & ideo est securior , quidam qui est in proprio ut mercator . Un de Gregorius dicit : Sola obediens uirtus est , quæ ceteras uirtutes menti inserit insertaque custodit . Sexto obediens facit hominem nobilissime triumphare , uidelicet de hoste fortissimo scilicet proprio animo , cui qui dominatur melior est secundum Salomonem expugnatore urbium , à quo quidē animo & sensu multi uincuntur , postquam uicerunt carnem , mundum & diabolum . Septimo obediens facit deo sacrificiū acce p̄fissimū . Per pietatē enim offerūt deo res temporales , per abstineniā propria caro , per obediēto : Melior est obediens quam uictima , quia secundū Gregorium . Per obediētiam propria uoluntas mātetur . Tanto igitur quisque citius deum placat , quanto repressa ante eius conspectum proprii arbitrii , superbia præcepti se immolat . Octavo obediens facit preces apud deum efficaces . Vnde Augustinus in libro de opere monachorum : Cutius exauditur una oratio obediens , quam decem milia contemptoris . Unde Gregorius : Si obedientes fuerimus præpositis nostris , obedit deus orationibus nostris . Et hoc iustum est : Qui enim prælatum audit & ei obedit , deum audit & ei obedit . Iuxta illud : Qui uos audit , me audit , & qui uos spernit , me peruit . Et ideo etiam dicit Moses

## S V B D I T O R V M      Fol. 78.

ses ad murmuratores & inobedientes: murmur uestris  
non est contra me, sed contra dominum. Exodi, deci-  
mosexto. Vnde Gregorius super Leuiticum homilia  
undecima: Seruus si domino irreuerens sit, id est, sub-  
ditus si pralato inobedieus fuerit, per hunc corpora-  
lem dominum & praelatum in dominum maiestatis  
contumeliam iactat. Nono obedientia summe di-  
tat meritis. Sicut enim mercator qui circa omne gen-  
negociationis & omni tempore & in preciosis merci-  
bus negotiatur facile ditatur, ita & uere obediens, qd  
in omni tempore & opere meretur. Et ideo bene po-  
test dici obedientiae illud prouerbiorum ultimo. Mul-  
tae filiae scilicet uirtutes spiritus sancti filie, congrega-  
uerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas. Econ-  
tra inobedientia omnibus meritis hominem spoliat  
ac pauperem facit. Nam ut superius dictum est . per  
inobedientiam animarum opera non respiciuntur, o-  
rationes & uota non suscipiuntur, contingitque ino-  
bedientibus illud Aggei primo. Seminas multum et  
intulisti parum, comedistis & non estis saturati, bibi-  
stis, & non estis inebriati. Intellige de comunione cor-  
poris Christi sacramentaliter & non virtualiter ut Iu-  
das. Et sequitur ibidem. Et q mercedes cōgregauit mi-  
fit eas in saccum pertulsum. De sacco quippe pertuso  
aliunde exit, quod aliunde immittitur, quia inobedi-  
entes meritum quod ex bono opere acquirunt per ino-  
bedientiam perdunt. Decimo obedientia ad maiorem  
perducit gloriam. Vnde legitur in Vitis patrum quod  
quidam senex uidit quatuor ordines in cælo , unum  
infirmitium & gratias agentium. alium infirmis m-  
nistrantium, alium in solitudine degentium, alium u-  
enitium in obedientia, & hic erat super omnes. Et cum  
quereret rationem, dictum est ei, quia alij quod faci-  
ntur

# S P E C C U L U M

unt, faciunt secundum uoluntatem suam, hi autem pro-  
prias uoluntates abdicantes quod faciunt, faciunt se-  
cundum iussionem patris spiritualis, quod est manus.  
& ideo ducet ad gloriam maiorem. Ad Philippen. 4.  
Factus est obediens usque ad mortem, propter quod de-  
us exaltavit illum. Ipsa enim filius dei obedientia a-  
deo meruit exaltari, ut ad gloriam eius fieriatur om-  
ne genu. Itaque obedientiae suspendium est regnare, o-  
bedientiae seruus seu operator rex est hominum: socius  
angelorum, horror demonum. Undecimo, obediens  
tia homini obedienti diuinam misericordiam impe-  
trat. Eccle. 10. Eris uelut filius altissimi obediens, &  
miserebitur tui magis quam mater. Igitur quodcumq[ue]  
potest manus tua in operibus obedientie instanter o-  
perare consulit sapiens Ecclesiastes 9. scies quod sicut  
dicit Poeta lauratus lib. suo 1. de remedijs utriusque  
fortunæ, magnum satis ipsa sibi uirtus est præmium.  
Conscientia bonorum operum nihil est dulcior. Non  
retrahat ab honesto desperatio præmiorum: quia  
nullum etiam in hac uita recte factum præmio caret,  
cuius (ut sapientibus placet) fructus uberrimus est fe-  
cisse, atque in silencio meminisse. Nihil quoque dulcior est  
bene & obedienter expensi temporis memoria. Tem-  
pus ergo non est uane expendendum: quia secundum Ber-  
nardum: Nihil preciosius tempore, sed heu, nil eo ho-  
die uilius inuenitur: transiit dies salutis, & nemo re-  
cogitat, nemo sibi diem perire et nunquam rediuntur causa  
satur. Et iuxta sententiam eiusdem: Sicut capillus de-  
cussum, qualiter fuerit a nobis expensum: Non igitur  
dam penitentiā, ad obtinendam ueniam, ad acquirē-  
dam gratiam, ad promerendam cœlestē gloriam mi-  
seratis.

Philip.

Eccle. 10

Dicte b[ea]t[iss]ime  
Gende

## SVEDITORVM

Fol. 99<sup>a</sup>

Seratio diuina induxit. Vnde notandum quod tempus modo datur, sed postmodum auferitur: modo tempus iuuat, postmodum aduersabitur: et tempus modo est, sed postea finietur. Datur dico tempus modo ad merendum & penitendum. Iuxta illud: Numerum dierum & tempus dedit illi, ut scilicet dominus temporis esset, & in tempore pecciteret & mereretur. Si hec in proposito: Omnia aliena sunt a nobis, retrahitatum non  
 sit, quod die deterior est posterior dies. Postmodum tempus auferetur. Iuxta illud psal. Cum accepto tempus, ego iustitas iudicabo. Accede igitur peccator cum fiducia thronum misericordie dum licet appetiare, dum adhuc dies est cōparationis, dum misericordia sedet in throno suo, que exuperat iudicium, caue ne differas quousq[ue] dñs acceperit tempus a te, tunc utiq[ue] iusticias iudicabit nec appellare licebit. Secundo dixi quod mō tempus iuuat. Primi Machabæ. 12. Vt uide Jonathas quia tempus est iuuat, elegit viros & misit illos Rcmā &c. Postea aduersabitur. Threnoru[m] primo: Vocavit aduersum me tempus ut cōterat electos suis. Tertio dixi q[uod] tempus finiet. Apoc. 10. Jurauit argulus per uiuetem in secula quia tempus amplius nō erit. Ideo ualde bene concludit Apostolus: Ergo dum tempus habemus & peremur bonum ad omnes. Item secundum: Gal. 5. q[uod] istud tempus est labile breve & acceptabile, dum tempus recidimentum est. Ad I[usti]f[ici]es quinto: Reliquia labile recidimentum est. Ad Ephe[si]os decimo: Fili cōseruandum est. Ecclesiastici decimo: breue, conseruandum est. Eccl[esi]astici secundo ad Corin. 6. Escriptor tempus & deuita a malo. Quoniam acceptabile, 2. Cor. 6. salubriter expendendum est, secunda ad Corin. 6. Eccl[esi]astici tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis. Sed te nūc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis. Sed heu tempus benefici domine dissipauerunt legē tuā. De quo in Polycratico lib. primo cap. 1. sic scribitur. Qui.

## S P E C U L U M

Quis eo indignior est, qui suispius contemnit habere notitiam, qui tempus quod parcamanu datum est ad mensuram in usum uitae & solum reparari non potest, usuraria quadam accessioe & pœnali repetendam in uitæ dispendia prodigit, & in contumeliam authoris effudit. Ad hoc sane nasci hominem, & ad hoc ei dari tempus constat, ut creatorem suum colat, amet, cogitat, quidquid hinc excidit perditur. Vide ergo quantum perdit temporis est, quantumq; non perdit. Idcirco studeat unusquisq; obedire statutis ordinis Carthusien. in prima parte ca. 41. ubi ponitur talis distinctione horarum, ut sciamus quomodo utiliter expendere debemus tempus nostrum. Spatum inquietum uel a prima usq; ad tertiam hyemis tempore, uel a matutinis usq; ad tertiam aestate, diebus omnibus exercitijs spiritualibus mancipamur. A tercia uero usque ad sextam ferialibus diebus manuum deputatur operibus, quem tamen opera saltem brevibus uolumus orationibus interrumpi. Spacium uero quod sextæ nonasq; intercedit quieti deputatur aestate, & quod nonam uel per aliquid discriminat manualibus deputatur operibus. Semperq; in operando saltem ad breves & quasi iacularas manuum deputatis utilitatem non intendimus excludere lectionis. A uesperis usque ad completorium spiritualibus opera datur, in quadragesima usque ad compleritorum licet manualia operari. Post completorium nequaquam ultra multum differimus accubare. Monachum etiam horis ad quietem deputatis dormitioni magnum studium impendere, quo temporibus ceteris a laiciter uigilare possimus. Haec omnia ibidem secundum hanc ordinationem expendere curemus tempus nostrum. Nam & monachorum legislator fundamen-

tus

tum statutorum nostrorum, beatus scilicet Benedictus præcepit, ut omnes magistrā regulā sequantur.

## Exhortatio ad obedientiam.

## C A P V T VIII.

**E**ia ergo charissimi & desiderantissimi fratres, huic gloriose & excellentissimæ uirtuti obedientiae ceterarumq; uirtutum primicerie, de qua tamen utilia & gloria in presenti speculo uestro, quod spiritu Iesu operante ad uestram ædificationem collegi, speculari potestis ultro, ut occurratis consulo, uenientem per mandatum prælati, lætro animo uel patientibus ulnis excipientes atq; amplectentes, ut enim resistētibus permolesta, sic amantibus periucunda est. Iugum qui fert uolens leue efficit. Sed heu omnes ferre de numero stultorum filiorum sumus, de quibus sic dicit Ancelmus libro suo de similitudinibus. Propria uoluntas cuidam herbae uenenosæ & mortiferæ similatur, quam quidam medicus peritissimus progeniei cuiusdam primis parentibus interdixit, comminans quod si ex ea comedenter, leprosi effecti interrent. At illi præceptis eius obedire noluerunt, sed ex eadem arbore comedenter, unde & leprosi effecti, leprosos filios genuerunt, & ut medicus comminatus est mortui sunt. Quorum filii, licet parentes suos cognoverunt, herba illa infirmatos fuisse & mortuos, seque ipsos lepra percussos, eandem tamen herbam super oœs alias diligunt, inde cibos suos cōdiunt, & mane & uespere quasi pro medicamento accipiunt. Hi quā sint dementes, omnis qui audit aduertere potest. Sed nec minus dementantur qui propria uoluntate utuntur. Nihil itaq; illis dementiis, qui nihil utuntur suæ

L men-

## SPECVLVM

mente libertius. Hec ille. Verum ne nobis debetis sp*irit* ritualiter contingat, scientibus propter inobedientia primos parentes nostros perisse, nosq*ue* propter eam originali peccato na*ti*os & morituros, audiamus singuli libenter, imo suspiciamus tanquam epistolam a*matoriam* cor*titus* nobis missam, ammonitionem ue*n*erabilis Petri Blesensis cuidam monacho ita scriberet: Dedi*sti*, inquit, manum tuam monastic*ae* professo*n*em, cursum quo*rum* tu*rum* conuersationis attende. Ex quad*a* tur a te spirituali frugum mensura prop*er*sior, ut sis te cau*tor*, pati*citor* in duris, in risu rari*or*, suau*or* moderati*or* in v*erb*is, profusi*or* in lachrymis, in charitate feruent*or*. Redde conscient*ie* tu*rum* de quotidianis actibus ratione. Vide i*di*e & nocte sine cunuslibet p*ec*c*ati* si in cib*is*, si in potu, si in somno t*emperantie* mod*u* ex*cessisti*, & scias no*n* modic*am* esse temporis ill*ius* iactur*am* & d*u* in ocio aut tabulis exp*ed*isti. Verb*u* Hier*o* est: Bon*u* est uiro cu*m* portauerit iug*u* ab adolesc*entia* sua, sedebit solitari*u* & racebit, & leuabit se sup*ra* se. Vereor ne sensu*ti*es, sed exaltans te & ambul*as* in magnis & mirabilibus sup*ra* te, habens uoluntate*m* propri*am* abbate*m* seu pre*pri*latu*m*. Sed certe nulli pre*lato* aut subdito uoluntate*m* proprio sequi licet. Na*m* & monachoru*m* legislator quasi ed*ict*o pr*ac*c*ipit* generali, ut omnes sequatur magistrum regula*m*, & ab hac lege, nec abbas nec prior excipiut. Verbum Apostoli Petri est, Castificantes, inquit, cor*u*to glaci*u* obedi*at*, & affectio filialis paternam reue*gentiam*

Thre. 3.

## S V B D I T O R V M      Fol. 81.

tentiam semper pre oculis habens, nullis artata limitibus, se ver currenti desiderio in latitudinem charitatis infundat. Quicquid ergo pre latus iniunxerit, sic illud amplecti debes, ac si deus ipse preciperet, nam & si etiam impossibilia iniungantur, iuxta regulae tenorem confidens de adiutorio dei ex charitate obedias. B. Benedictus quoque protestatur deo impendi obedientiam, quae majoribus exhibetur. Ad prelatos loquens dominus dicit, Qui uos spernit, me spernit: & qui uos audit, me audit. Perniciosum igitur est suum qualitercunqs scandalizare prelatum. Nam si super scandalo pusillorum terribilem poenam statuit deus, quid erit de scandalo prelatorum? Sane in omnibus quae a prelati imbellentur, generaliter damnabilis est contemnitus, & sicut charitas commendat obedientiae meritum, si rebellio accumulat inobedientiae malum. Specieis contumaciae est de modo mandati inquirere, hactenudate non habet disputatio aut disceptatio locum. Nam si in discussionem aut suspicionem ea, quae tibi sunt mandata deduxeris, ad lignum scientiae boni & mali manum preuaricationis extendis. Nimis delicta est hacten obedientia transiens in deliberarium generis caussae. Non est hoc in auditu auris obedire, non est hacten regularis obedientia sine mora, sed astutia tergiuersatrix & aperta superbia. Si autem uitae nequioris est abbas vel prelatus, ei tamen ex charitate obediere oportet. Scriptum est enim: Quae dicunt facite, quae autem faciunt nolite facere. Contemptum igitur super omnia caue. Nam si & dominus quadoque pro peccatoribus & transgressoribus testimonio prophetae rogauerit ne perirent, licet pro crucifixoribus suis orauerit, licet ecclesia ortu pro schismaticis & iudeis

L    81    82

## S P E C V L V M

nec deum tamen, nec ecclesiam pro contemptoribus  
 unquam intercessisse reperies. Super contumacia ta-  
 men & contempnū sanctorum patrum prudētia di-  
 spensauit, & contra inobedientē malum proposita  
 est transgressoribus penitentiae medicina. Hæc ille.  
 Quoniam ergo consilat, subditos grauissime pericli-  
 tarī, & in damnationis periculo conuersari, si inobe-  
 dientes ac rebelles suis prælati extiterint, aut contra  
 eos corde aut ore murmurauerint, deberent prælati  
 curare omnino ne subditis suis ad hoc causam siue oc-  
 casionem darent per duriciam suam & austoritatem.  
 Contra quam quidem duriciam datur admonitio in  
 Prou. Aufer impietatē de vultu regis, & firmabit iu-  
 sticia thronus eius. Vbi sic dicit glosa Rabāi: Qui præ-  
 sunt populis, si uolunt firmam esse solium, semper hā-  
 laritate & gratia uultus plenos exhibeāt, ne per arro-  
 gantiam & duriciem rigidi plebis odium incurvant.  
 Hieronymus quoq; in epistola prima ad Timoth. O-  
 portet Episcopum irreprehensibilem esse, & non ira-  
 candum, sic dicit: Nihil est sedius præceptore furioso-  
 qui cū debeat esse mansuetus & humilis, e diuerso tor-  
 uo uultu, trementibus labijs, rugata fronte, siren-  
 tis conuicciis, facie inter ruborem & pallorem uaria-  
 trahit, quantum ad malum sua sequitia præcipitat. Et  
 Augustinus in lib. de pasto. Si multas, inquit, uos idē  
 subditos errare plangimus, uae quorum cornibus, id  
 est, duriciest astum est. Bernardus etiam super Cant.  
 Prælaros od pietatem lenitatemq; exhortans ait: Disci-  
 de prælati subditorum matres uos esse debere, nō do-  
 gninos. Studete magis amari q; metui. Etsi interdū se-  
 ueritate opus est, paterna sit non tyrannica. Matres fo-  
 uendo patres corripiendo uos exhibeat. Suspendes  
 uer

S V B D I T O R V M   F o l . 8 2 .

serbera, perducere ubera, pectora lacte pingueſcant,  
 non typo turgescant. Hæc ille. Vnde Petrus Bleſen. cui  
 dam abbati ſcribens, ait: Etsi monachorum electio fe-  
 cit te fratrum tuorum principem, non tamen abſtulit  
 esse fratrein. Quanto maior es, humilia te in omnib.  
 Audi humilem & terribilem Christū: Qui maior est  
 uerſum, fiat ſicut minor. Principem te conſtituerunt  
 fratres tui, eſto quāſi unus ex illis. Benedictus, Basili-  
 us, Arſenius, duo Macharii, multiq; alii magiſtri reli-  
 gionis idipſum ſentiunt, uotum ſcilicet religioſe pro  
 Duο Macha  
 rii.  
 teſſionis acceptum ſemel, nulla occaſione poſtea irri-  
 tandum. Te honor aſſumptus a profeffione & uotis,  
 quæ diſtinixerunt labia tua, nō exemit, ſed ad eius ob-  
 ſeruantiam fortius alligauit. Si iugum domini porta  
 ſti haſtenus, illud ammodo patientius feras & uiuas  
 regulariter inter eos, quos ad formam uitę regularis  
 informas. Alioquin notab̄is illo euāgelij uerbo: Al-  
 ligant onera grauia & importabilia, & imponunt in  
 humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mo-  
 vere. Itaq; docens tuis diſcipulis eſſe contraria tuis fa-  
 tis iudicas non eſſe agenda. Subditi te honorant, ſed  
 plus onerant. Quicqd languidū, quicqd ægrū, qdqd  
 marcidum, in monaſteriū uiceribus latet, totum tibi  
 tractandum, curandumq; obtigit. Durum opus: Quo  
 primum die abbas aut prior factus es, tibi uiuere de-  
 ſiſti. Libertas inde et requies et iucūditas abierte, pro-  
 his ſeruitus, labor, occupatio, afflictio, & mordaces  
 ſubierunt curæ. Iam non uiuis, & ſi ſpires. Occupatore  
 enim uita mors eſt, qui cū miseri omnes ſint, illi ſunt  
 omnium miserrimi, qui pro alijs uoluntarie & pro-  
 pria ambitione occupantur. Iam dixi, quo die prala-  
 tionem aſſumpſisti, tibi moriens alijs uiuere incœpi-  
 ſi, quodq; duriflum eſt, ingratis & murmuroſis e-  
 L ij ſi

Matth. 23.

# S P E C V L V M

simatoribus laboris tui. Scito te seruire querulis, &  
 uix tibi obitū aī gratiā relaturis. Dulce nihil, nihilq;  
 trāquillum, spes amara & turbida p̄fidētū sors. Quā  
 ti nempe negotiū sit multos corrigere, hinc pater, qđ  
 sese corrigūt paucissimi. Pri⁹ ergo custodi te ipsum, ut  
 securus p̄cures custodiā aliorū. Cōmissa est tibi uillica  
 tio grauis, uillicatiōis hui⁹ rationē exactissime regre  
 terribilis in iudicijs suis de⁹. Teste aut̄ Greg. pr̄alatus  
 tot coronas sibi multiplicat, qđ deo animas lucrifacit.  
 Pr̄lati etiā scire debent, quod si peruersa perpetrant,  
 tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suę perditı  
 oni s exēpla trāsmittūt. A te igit̄ pri⁹ et deinceps à sub  
 ditis explātare studeas dissolutionū ppagines ueter  
 nosas, & auferre scādala de regno dei qđ intra uos es̄  
 nec in animę tuę discrīmen reserues hoc officium an  
 gelis messoribus, quibus hoc ministerium in dic tre  
 menda cælesti dispensatione debetur. Omni diligen  
 tia custodi cor tuum, ut exemplo sis alijs. Mitte manū  
 tuā ad fortia, & scias quia dissoluta est omnis domus,  
 in qua non imperat disciplina teste beato Gregorio:  
 Ars artium est regimen animarum. Animas aurē non  
 potes regere, nisi disciplina mediante, ut sit iusticia &  
 iudicium preparatio sedis tuę. Flagella filios tuos, &  
 sapientis testimonio eorum animas liberalis. In omni  
 tñ exercitio discipline misericordia primas partes ob  
 tineat, ut quod rigor exasperauit uerbo aut uerbere  
 pia mansuetudo remulceat. Non sis pronus ad iracun  
 diam, non im petuosus ad contumelias, non precepis  
 ad sententiam, non uehemens ad uindictam. Verba et  
 opera tua p̄dictet charitas & informet affectio, nec  
 attendas quid tibi sit utile sed quid multis. Charitas  
 enim que sua sunt non querit. Nec utilitates tuas pro  
 curabis efficacius, quā si commodirati & saluti frater

Luc. 17

Dic sequentia  
 vbi sequitur  
 uarij & pluri

Hæ tua diligentia impendatur. Nō sis fastuosus in uul-  
 tu, non uultuosus in uerbis, non minis exasperans,  
 non notabilis in uestitu. Dilectus eris deo & homini-  
 bus, si conscientiam & accusatos omni cautela ierua-  
 ueris. Aemulare charismata meliora, nō familiarita-  
 tem secularium, non popularis aure gratiam, nō lau-  
 dis alienæ stipendia, sed thesaurum conscientiæ bonæ  
 in abiectiōe tui & Christi proximiq; charitate funda-  
 tæ. Nō potes autem uere esse humilis, si credis palponi  
 bus, si propriam excellentiam non contemnis. Si uero  
 altior q; melior esse appetis, nō præmium sed præcipi-  
 tum expectabis. Sicut aut; alios præcedis dignitate: sic  
 uiræ meritis antecedas. Officium aut; prelatorum, præ-  
 cipue priorum ordinis carthusien. pulchre scribit pri-  
 mo Regum, ubi de Samuele sic dicit: ludicabat quo  
 que Samuel Israel cunctis diebus uite suæ, & ibat per  
 singulos annos circuies Bethel & Galgala et Mosphar,  
 reuertebatq; in Ramatha, ibi enim erat domus eius.  
 Quid aliud uidetur sonare litera, nisi q; cellas fratrib;  
 prior ex officio circuire debet & diligenter inquire  
 de statu singulorū, ut agnoscere possit uultū pecoris  
 sui, eosq; latrificare per uerba sua cōsolatoria & infor-  
 matoria. Tandem quoq; reuerti debet ad cellā suā, ut p  
 pris etiā prouideat saluti. Et nō solū circuire debet Be-  
 thel, id est, cellas monachorum, sed etiam Galgala &  
 Mosphat, id est, cellas & officinas conuersorum & do-  
 natorum omnium sibi commissorum. Aedificauir  
 etiam Samuel ibi altare domino. Recte quidem, eo  
 quod iuge sacrificium esse oporteat in cella prioris,  
 quæ cultu iustitiæ & morum honestate & luce bono  
 rum operum scipiam exhibet templū dei. Hæc in Po-  
 lycratico. Et quia minus fortasse pōderis habet exhor-  
 tatio mea apud te circa instruendi abbatis officinm

1. Reg. 7.

## S P E C V L V M

X prælatorum, ponā ipsa beati Gregorij uerba: Tantum, inquit, debet transcendere opera subditorum actio prælati, quantū distare solet à grege uita pastoris. Et subiungit: Sit ergo cogitatione mundus, actione p̄cipiuus, discretus in consilio, fructuosus in uer templaione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, per iusticiæ uero zelum contra delinquentes credeus, interiorum curam, exteriorum sollicitus dñe non minuens, dispensationem exteriorum, interiorum prouidentia non relinquens. Deniq; abbas dicit idem Gregorius, in omnibus si uideat Christi uitam imitari. Apostolo enī teste, qui dicit se in Christo manere, sicut Christus ambulauit, debet & ipse ambulare. Te honor assumptus ad subditorum custodiam obligauit. Audi Salomonem. Fili mi spopondisti pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es uerbis oris tui, & captus es sermonibus proprijs. Fac ergo quod dico tibi fili mi. Discurre festina, iuscita amicū tuum, ne dederis somnum oculis tuis, & palpebre tuę non dormitent. Iuxta expositionem Gregorij apud extraneum manum suam defigere, est ridiculum sue conuersationis accipere. Commissos utq; tibi salutaribus monitis excitare iuberis, ut a peccati torpore surgentes in sanctis cogitationib; & operib; excubantes, de breui & transitorio labore manipulos referant exultationis æternæ. Precor ergo te per uiscera misericordiæ Christi, ut attendas periculum prælationis tuæ, recolens illud uerbum Apostoli: Horrendum est incidere in manus dei uiuentis, accumulare sibi peccata duplia, flammas geennales pro iniquitatibus incurrire alienis. Vnde Gregorius: Vbi

subiectus ex sua culpa moritur, ibi is qui p̄est, quoniam tacuit, reus mortis tenerur. Et ut utar testimo-  
 nio Salomonis, audiūm durissimum in his qui prae-  
 sunt fiet. Vnde fiet durum, quia male intrauerunt,  
 et iurius quia male rexerunt, durissimum quia male ui-  
 derunt. Tunc enim erit praelatis triplex quæstio, scilicet  
 quomodo intrafici, quomodo rexisti, quomodo uixi.  
 Durum iudicium fiet secularibus, magis durum re-  
 ligiosis, sed durissimum peruersis praelatis. Dura quæ-  
 stio, quia a pauperibus extorsionem fecerunt, durior  
 Quia bona pauperum consumplerunt, durissima quia  
 Christo & ecclesia de perceptis eleemosynis non ser-  
 uierunt. Dura, inquam, quæstio fiet praelatis, quia o-  
 ues Christi non pauerunt substantia corporali, duri-  
 or quia eas non pauerunt uerbo doctrinali, durissima  
 Quia eas non pauerunt opere bonæ uitæ exemplari. Du-  
 ra, inquam quæstio fiet eis, quia bonos non informa-  
 uerunt, durior quia malos non increpauerunt, duris-  
 sima quia ipsimet non bene uixerunt. Vnde notan-  
 dum, quod ad hoc qued prælatus bene p̄est, debet es-  
 se luminosus per rectam informationē, operosus per  
 sanctam occupationem, gratiosus per piam compassi-  
 onem, & animosus per iustam correctionem. Primo  
 dico, quod debet esse luminosus per rectam informa-  
 tionem. Iuxta illud quod scribitur sapientiæ pimo. Di-  
 ligite lumen sapientiæ omnes qui præstis populo.  
 Moraliter loquendo hi sunt illæ stelle, de quibus in Ge-  
 nesim. 1. desicitur: Posuit stellas in firmamento cœli ut luce-  
 rent super terram & p̄essent diei & nocti. Dicci, id est  
 clericis. Vnde Gregorius: Cum is qui subest seruit ad  
 obsequium, restat proculdubio, ut is qui præst, serui  
 at ad uerbum: & eum is qui subest, iussis obtemperat,  
 oportet, quod is qui præst, curam sollicitudinis impē

L v dat.

*Quæstio 2. plau-  
er p̄st bene*

*In Morali.*

## SPECVLVM

**Ioel. 2** dat. Sed iam, prohdolor, uerificatur illud Ioeлиs: Sol & luna obtenebrati sunt, & stellae retraxerunt lumen suum. Per solem & lunam intelliguntur prælati maiores, per stellas uero curati & minores subditi. Secundo dico, quod prælatus ad hoc quod digne præsit, debet esse operosus per sanctam occupationem temporalia contēnendo, spiritualia prædicando, sacramenta ministrando & pauperes uisitando. Iuxta illud Apostoli ad Romanos : Qui præfest in sollicitudine. Et tales tantū digni sunt honore plati. Iuxta illud Apostoli ad Thessalonenses : Qui laborant uerbo & doctrina. Vnde ad Thessalonenses dicebat Apostolus: Rogamus autem uos fratres ut noueritis eos qui laborant inter uos & presunt uobis & monent uos, ut habeatis uos illos abundantius in charitate propter opus illorum, & pacem habete cum eis . Tercio debet prælaus bonus esse gratiosus per compassionem, ut consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes secundum regulam beati Augusti. Et ideo sicut bonus prælatus dixit Ioannes in canonica sua. Maiores horum non habeo gratiam, quam ut audiām filios meos in ueritate ambulantes. Debet igitur prælaus bonus esse subditis loco dei, pater, non tyrannus. Et Innocentius de utilitate conditionis humanæ dicit sic contra malos prælatos: Statim ut ambiviosus promotus est ad honorem, mox in superbiam extollitur, & in iactantiam effrenatur, non curat prodeste, sed gloriatur præfeste, præsumit se meliorem quia cernit se superiorē. At bonum nō facit gradus, sed uirtus: nō dignitas, sed honestas. Priores designatur amicos, nos ignorat, hesternos sodales cōtemnit, antiquis uulnere aueruit, ceruiçem erigit, fastum ostendit, grādū

**Rom. 12** apostoli ad Romanos : Qui præfest in sollicitudine. Et tales tantū digni sunt honore plati. Iuxta illud Apostoli ad Thessalonenses : Qui laborant uerbo & doctrina.

**1.Tgess. 5.** Vnde ad Thessalonenses dicebat Apostolus: Rogamus autem uos fratres ut noueritis eos qui laborant inter uos & presunt uobis & monent uos, ut habeatis uos illos abundantius in charitate propter opus illorum, & pacem habete cum eis . Tercio debet prælaus bonus esse gratiosus per compassionem, ut consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes secundum regulam beati Augusti. Et ideo sicut bonus prælatus dixit Ioannes in canonica sua. Maiores horum non habeo gratiam, quam ut audiām filios meos in ueritate ambulantes. Debet igitur prælaus bonus esse subditis loco dei, pater, non tyrannus. Et Innocentius de utilitate conditionis humanæ dicit sic contra malos prælatos: Statim ut ambiviosus promotus est ad honorem, mox in superbiam extollitur,

& in iactantiam effrenatur, non curat prodeste, sed gloriatur præfeste, præsumit se meliorem quia cernit se superiorē. At bonum nō facit gradus, sed uirtus: nō dignitas, sed honestas. Priores designatur amicos, nos ignorat, hesternos sodales cōtemnit, antiquis uulnere aueruit, ceruiçem erigit, fastum ostendit, grādū

loquuntur

S V B D I T O R V M   F o l . 85 .

loquitur, subtilia meditatur, subesse non patitur, præ  
esse molitur, præcepis & audax, glriosus & arrogas,  
gravis & importunus. Sicut autem in malos prælatos si  
et iudicium durissimum: ita bonis dabis præmiū ma-  
ximum. Quanvis enim iōge securius est coesse quam  
præesse, tamē meritorium ualde est si prælatus sic præ-  
sit, ut prospicit. Vnde August. in sermone dicit: Nihil est  
in hac uita, & maxime hoc tempore difficultius & peri-  
culosius presbyteri aut episcopi officio, sed apud deū  
nihil beatus si eo mō militet quo imperator iubet.

Sap. 6.

Quarto debet esse prælat⁹ animosus per iustā corre- Gen. 1.  
ctionē. Luxta illud qđ figuratiue scibis in Gen. Præsit  
piscib⁹ maris & uolatilib⁹ cæli et bestijs terre, omnīq;  
reptili quod mouetur in terra. Pisces maris sunt rebek  
les & ociosi: uolatilia cæli sunt superbi & ambiti-  
osi: bestiæ terræ sunt auari & pecuniosi: reptilia lu-  
brici & luxuriosi: quos omnes debet prælatus iustus  
cōripere, & secundum ecclesiasticas sanctiones ad uir-  
tutes reducere. Luxta illud Esaiæ: Principes in iudicio  
præerunt. Sed quidam sunt similes miluis, qui nō an-  
tiquas gallinas, sed iuuenes pullos inuadunt. Quidam  
etiam sunt similes magistro leonis, qui non leonē sed  
catulum uerberat. Sic prælati moderni non diuites &  
nobiles peccatores, sed pauperes solum ecclesiastica cē-  
sura castigat. Et de quo dolēdum est, tales interdū pre-  
sunt in ecclesia qui sunt tenebrosi per ignoratiā, ocio-  
si per ignauia, seditionis p̄ iracūdiā, ignominiosi p̄ infā-  
miā. Sed cōtra tales bñ loquit Grego. in suo Paſt. Nī  
hil in hoc seculo excellētius sacerdotibus, nihil subli-  
mius episcopis reperiri potest, ut cum dignitatē ocu-  
lis demōstramus: digne noscamus quod sumus, & qđ  
nōmē cōgruat actioni & actio correspōdeat nomini,

Esa. 32.

11

## S P E C V L V M

ne sit honor sublimis & uita procluvis, ne sit deifica  
professio & illicita actione sit religiosus amictus & if  
religiosus prefectus, ne sit gradus excelsus & defor-  
mis excessus, ne locutio nraem simulemus columbinam  
& mentem habeamus caninam, ne professionem mo-  
stremus ouinam, & ferocitatem habeamus lupinam.  
Consimilem sententiam dicit beatus Bernardus 2. ad  
Eugenium: Audi, inquit, canticum meum minus sua  
ue, sed salutare. Monstruosa res est gradus summus  
& animus infimus, sedes prima & maligna uita, lin-  
gua magniloqua, & manus ociola, sermo multus &  
fructus nullus, uultus grauis et actus leuis, caput cana  
& cor uanum, facies rugosa & lingua nugosa, ingens  
autoritas & nutans stabilitas. Hæc Bernardus. Dubi-  
tatio rationabilis incidit hic, utrum electores tenean-  
tur eligere meliorem. Et arguitur, quod non, quia de  
cretalis dicit, quod sufficit eligere bonum, nec est  
necessæ eligere meliorem. Ad oppositum uidetur &  
dicitur: Eligite meliorem de filiis domini uestri, & po-  
nite cum super solium patris sui. Pro responfione di-  
cendum, quod non semper ille qui est melior simpliciter  
est melior ad prælaturam. Ille enim inter homi-  
nes est simpliciter melior, qui est in charitate perfe-  
ctior. Vnde B. Augusti. in Enchiridio s 3. dicit, quod  
quanto in quocunq; charitas maior est, tanto melior  
est in quo est. Cum enim queritur utrum quisq; sit ho-  
mo bonus, no quæritur quid ipse credat, aut quid spe-  
ret, sed quid amet. Contingit autem frequenter, quod  
illi qui est perfectissimus in charitate, multa deficiunt  
quæ sunt necessaria præclaro, pura scientia, ualerudo  
corporis, & experientia in temporalibus, & cetera ha-  
bitus. Electio autem eorum quæ sunt ad finem, de-  
bet seruadum conditionem finis. Et ideo dicendum,  
quod

4. Reg. 10.

## S V B D I T O R V M      Fol. 86.

Quod electores quicunq; talem eligere tenentur, quia  
sit melior ad statum illum cui per electionē prouide-  
re tenentur, non autem tenentur eligere hominē sim-  
pliciter meliorem & sanctiorem. Per hoc patet argu-  
mentum. Vnde ad decretalem dicendum, quod decre-  
talis intelligitur de simpliciter meliori. Vnde decreta  
lis uult dicere, quod non tenentur eligere meliorem  
ad statum illum, sed sufficit quod eligerent bonum. Et  
Propter hoc si electores non eligerent meliorem ad sta-  
tum illum, ubi tamen eligerent bonum, electio non  
esset cassanda nec decretalis informat conscientiā elec-  
torum, sed iudicium publicū. Autoritas ad oppositū  
intelligitur de meliori ad finem.

### Conclusio.

### C A P. I X.

**D**ENIQUE ut libellus praesens, intitulatus specie  
um subditorum de subditis, et pro subditis, si  
niatur, attendere debent omnes subditi ad con-  
tinuam ipsorum pacem atque perpetuā salutem, quod  
licet prelatus sit malus & subditus bonus & sanctus, q  
diu tamen prelatus toleratur ab ecclesia, maiorem ha-  
bet honorem & reverentiam q; subditus, propter tres  
rationes. Prima quia prelatus gerit uicē dei: unde de-  
bet honorē & reverentiam q; subditus, propter tres  
us specialiter in ipso ueneratur, & hoc debet semper  
animare subditū ad honorem prelati sui. Secunda ra-  
tio est, quia est persona publica, unde in ipso honora-  
tur Respub. & bonitas ecclesiae quæ maior est quæ bo-  
nitas alicuius singularis personæ. Et ideo consueuerunt  
pralati personaliter dicere illud, quod in fine horarū  
dicunt pro defunctis. Verbū & oratio pralati est qua-  
si oratio multitudinis, & ideo uidetur melior cæteris  
paribus, quæ oratio singularis personæ. Tertia, quia  
prala-

## S P E C V L U M

**Ethicorū 9.** prælatio se habet ad uirtutē, sicut causa efficiēs in alijs  
virtutib. Vnde ipsa prælatio honorabilitis est etiam in  
persona indigna. Dicit enim Philosophus, q̄ dignus  
ē in alijs causam uirtutis existere, q̄ in te tñ uirtuosus  
esse. Itē Chrysost. in dialog. suo lib. 3. ca. 5. dicit, quod  
quāto ē cœlū q̄ terra preciosius, et quāto preciosior es-  
tū anima q̄ corp⁹ rāto magis nobis reuertēti et honorabi-  
les esse debēt parētes spūales, id est prælati nostri, q̄ pa-  
rentes carnales. Et subdit ibidē causam dicēs: Illi quip-  
pe nos & carnis & sanguinis uoluptate generunt, hi  
vero sunt nobis diuinę generatiōis autores. Se uādam  
causam eiusdē ponit idem in eodē libro dicens: Quia  
maior uirtus prælatis, præcipue sacerdotibus, à deo  
data est q̄ carnalib. parentibus, tantumq; inter utros-  
que differt, quantū inter præsentem uitā interest et fu-  
turā. Alteri quippe in hanc, alteri uero in illam genue-  
rūt. Et illi quidem nec corporalē possunt propulſare  
mortē, hi uero periturā animā saluauerunt frequēter  
non solum docendo & monendo, sed etiā orationib.  
adiuaādo. Parētes etiā naturales, si aliquas seculi pore-  
states sublimes offenderint, filij eorū nihil eis posunt  
prodesse, prælati uero parentes spirituales subditorū,  
non solī potētes & reges, sed etiā ipsum deum frequē-  
ter iratū sua nobis intercessione recēciliant. Per ipsos  
Christū induimus, per ipsos cōiungimur dei filio, per  
ipsos mēbra illius beati capitis efficimur. Propter qđ  
qui hos despiciunt eisq; detrahūt, magis mihi uidetur  
Chrysost. Ista eadē, scilicet de prælato malo honora-  
**Ioan. Gers.** do, etiā declarat uenerab. mag. Ioan. Gerson ita dicēs  
Cōtra hoc præceptū dñi, scilicet honora parētes tuos,  
grauiiter peccat hi, qui suis superiorib. quibuscunq; de-  
trahunt aut maledicunt. Non enim propter maliciam  
alię

liquorum ministrorum ecclesiae debet a quoquam fideli status prælaticus aut ecclesiasticus dissimari aut laedi, quia non perdit uiri utein suam missa celebrata aut baptismus siue alius sacramentum propter malitiam ministrorum. Sed nec mirus me etur iubitus obediendo humiliter prælatoro indigno & malo, imo, ut superius dictum est, plus meretur huiusmodi obedientie, q[uod] bono. Sicut enim solem uisibilem quâ tacunt que malitia aperientes fenestrâ, & si ad furandum uel ad occidendum hominem eam aperiat, non prohibet ab infusione luminis, & immissione radiorum, nec ipsum lumen prohibet malitia eiusdem quo minus ingrediatur & domui se infundat: sic solem iustitiae Christum malitia quantacunq[ue] ministri seu prelati ministerio suo viam præparantis lumini sue gratiae, & quasi aperientis ei fenestram cordis eius quem baptizat, non prohibet, nec lumen gratiae eius quo minus intret, auertit. Simili modo intellige de ceteris officiis prælatorum erga subditos. Propter hoc etiam dicunt statuta ordinis Carthusiensis: Si cui durum aut graue aliiquid imponere prior uoluerit, repugna re phas non habemus, ne cum ei restiterimus, non esed domino, cuius erga nos agit uices, restitisse inueniamur. Et in eadem parte capi. 24. scribitur sic: Cum ab omnibus qui regulariter uiuere decreuerint, obediensia magno studio sit seruanda, ab his tamen uotius & sollicitius quanto districtius apertiusq[ue] subire propositum, ne si (quod absit) ista defuerit, tanti labores non solum careant præmio, sed & supplicium damnationis incurrant. Altissima & angelica est p[ro]fessio Carthusiensem perfectissima & angelica debet esse obediens & subiectio coru[m]. Iâ quia libellus clausus est hoc, uos christi, in fine ipsius cōmonere uolo

2. partea. 19

## S P E C V L V M

ut sit semper ante oculos cordis uestri forma professio-  
nis uestrae, timor dei, ignis geennae, uestrorum me-  
moria peccatorum, dies mortis & recordatio passio-  
num domini nostri Iesu Christi. Considerate diligen-  
ter quanto labore desudent homines, quanto studio,  
quanto demum non ipsius uirte tam, sed & pericolo an-  
tæ ut temporalia adipiscantur, & peritura congregentur  
abi diu permanere non possunt, nec quæ possidentur,  
nec qui possidet. Pudeat itaque filium regni mino-  
ris studij in retinenda adoptionis suæ gloria inneniri,  
q[uod] filium perditionis in coaceruadis perituris & cumu-  
landis sibi supplicijs semper, maliuris. Pudeat eum sere-  
qui instantia dignatus est eum gloriæ adoptare. Pude-  
at, inquit, eum incomparabiles paternæ mensæ delicias  
deserere, & os paterno osculo sanctificatum immundis  
porcorum siliquis polluere. Cogitet semper magistrus  
dinæ paternæ dilectionis, reformidet quoque si ingratus  
repertus fuerit, intolerandæ seu eritate paternæ indis-  
gnationis. Appendat ante oculos exigui laboris inse-  
stimabile præmium, & econtrario momentaneæ uo-  
luptratis ineluctabile supplicium. Tunc et tremendi iudi-  
cij futura discussione, in qua cum memorata fuerit pre-  
rogata nobis dona pietatis, districta animaduersione  
exigendum est a nobis & debitum cognitæ seruitutis.  
**C**ommemorabunt atri tribunal iudicis dignitas cōdirio-  
nis, gloria diuinæ similitudinis, charitas redēptionis,  
effusio preciosi sanguinis, adoptio filiorum, promissa  
beatitudo regni celorum. Commemorabūrur et ad im-  
plenda præcepta collata subsidia, hostis imbecilitas,  
nostra desidia. O quanta tunc erit cōfusio tristidate  
scientia. Heu q[uod] amara, heu q[uod] fera, heu q[uod] infractuosa,  
sunt erit de præterito tempore penitentia. O si modo la-  
ceret

eret multū illū confusio[n]is nostre inspicere. Si mo[do] liberet distinctionē illā emēdatore uita mitigare:  
 Tunc accusante cōscientia null⁹ erit excusator, nunc  
 correcta uita null⁹ erit t[er]ris accuser. Vos igit[em] gen⁹ ele-  
 ctū p[ro]genies sancta, stirps regia, ut filii dei & filii cha-  
 rissimi, digne deo, digne tāto patre conuersamini, ut  
 tunc lati eū sicut patrē excipiatis, cui nunc filiali af-  
 fetu deseruitis. Non est filiorum adueniente patre tre-  
 pidare aut latebras querere, sed exultante spiritu cer-  
 tam in occursum ruere, singulos ut prius ipse occur-  
 rat anhelare, cupide amplecti, affectuissime deoscu-  
 larī, atq[ue] inimēsum de dulcissimi patris aduentu gau-  
 dii occursu, gestu, plausu, osculis, atq[ue] amplexu testa-  
 ri. Tales filios, tam pios, tā deuotoros, tā seculores, beni-  
 gnissimus ac serenissimus pater paterna hilaritate ex-  
 cepit, & in unum innumeros amplexum, inflexis lati-  
 us ulnis colligit, dulcesq[ue] filios ad sacratissimū pecus  
 astringens blanda manu blandolq[ue] affectu demulcat,  
 dicens: Nunc filii mei, nunc charissimi mei, nunc bene-  
 dicti patris mei gloria regni mei mecum perfruimini:  
 nunc adoptionis uestri quanta sit dignitas, agnoscite,  
 & quod flendo seminatis, gaudētes metite. Iam labo-  
 res uestri & luctus tēpora cursore uelocius abierunt:  
 sed refrigeriū uestri & gaudū tempora me manēte ab-  
 ire non poterunt. Quia igit[em] hilariter impletis, quæ  
 praecepi, percipite liberaliter quæ promisi. In illa die  
 diuinī uultus splendore illustrat⁹ homo agnoscere po-  
 terit gratia dei, qua & quanta circa se fuerit. Et quo-  
 niam nihil in se dignum tanta largitate inueniet, q[ui] ter-  
 mas largitori gratias referet, qui uuit & regnat per  
 omnia secula seculorum. Amen.

Finis Lib. II, qui dicitur  
 Speculum subditorum

M

De

PROOEMIUM A U T H O R I S  
INCIPIT PROLO-  
GVS LIBRI SEQVN-  
tis, qui dicitur speculum sacer-  
dotum.

**Augustinus.** **Q** VI A, ut ait flos doctorum Agustinus: Ne-  
mo in ecclesia amplius nocet, quam si per-  
uerse agens ac male iuuens, nomen uel ordinem facer-  
doris habet, uerificaturque nimis præsenti in tempo-  
re illud dictum Ambrosij in quodam sermone: Ex in-  
**Ambroſius.** ordinata, inquit, & indisciplinata multitudine sacer-  
dotum hodie contemptui datur nostræ redemptionis  
uenerabile sacramentum. Nam qui debuerant esse ui-  
carij Apostolorum & filij Petri, facti sunt loci Iudæ &  
præambuli Antichristi. Quem securus Chrysostomus  
**Homil. 24.** super Matthæum sic dicit: Multi sacerdotes & pauci  
sacerdotes, multi in nomine & pauci in opere. Legem  
dei nec sciunt nec discunt, uacantes ocio comedatio-  
nibus & ebrietatibus student, terrenis inhiant, terre-  
na sapiunt, assidui in plateis, in ecclesiis rari, tardi ad  
inuestigandam culpam peccatoris, parati ad querere  
quam ad uocandum pauperes, libetius porrigunt pa-  
nem cani quam pauperi. Hi sunt quorum thalamus  
ornatior ecclesia sua, mensa paratior altari, cibus cali-  
ce preciosior, equus carior missali, camisia pulchrior  
& delicatior alba. Non est iam dicere ut populus sic  
sacerdos, quia nec sic populus ut sacerdos. Hodie qd  
scilicet dico euenit, quod Osee propheta conqueren-  
do deylorat & dicit: Multiplicauit populus altaria ad  
peccatum

peccandum, factæ sunt eis aræ in delictum. Verbum  
quippe Greg. est: Qui Christi corpus indigne conficit  
Christum tradit, ut Christus dum traditur dicat: Ecce  
manus tradentis me mea est in mensa. Idcirco paucu-  
la ex diuersis conscripsi in præsenti speculo, quod spe-  
cialiter sacerdotes & clericis ad salutem & inflammet ad  
emendationem. Rogo autem in uisceribus Christi  
unūquæcunq; huius speculi lectorē, ut oret pro lectorē, ut  
utatur s; subriter quæstus cum labore alieno, & gau-  
deat de inuentis suis labore proprio: Profiteor namq;  
quod omnia quæ in præsenti quinquipartito speculo  
uel forte alibi ante unq; conscripsi, non ex agro pro-  
prio. i. ex copia ingenii proprij: sed ex exemplo Ruth, quæ  
agrum intravit alienum, ut spicas colligeret post ter-  
ga metentium: ego pauperculus diuersas sanctorū au-  
toritates, tanq; spicas de diuersis libris nō sine labore  
collegi, & quæ ex diuersis lectionibus concessi in  
diuersos tractatulos singularibus titulis adnotatos  
distinxii et ordinaui, nielius enim distincta seruantur.  
Per has autem modicas spicas agrum fertilem origi-  
nalium librorum non despicias lector opu-

me. Improuidus enim est, qui negle-

cto igne per scintillas se nitit

tur calefacere: & qui

contempto

fonte, per roris guttas

flim conatur

extinguere.

DE OFFICIO SA  
CERDOTVM PER  
collationem corum ad an  
gelos.

CAP. I.



ANGELORVM esca nutritissimæ po  
pulum tuum. Sapient. 15. Circa quæ  
uerba notandum est, quod per manu  
in sacra scriptura figuratur singulari  
ter Eucharistiae sacramentum. Sicut  
enim filii Israel per desertum transiunt uersus terræ  
eis à domino repremissam, tali refocillabantur ali  
mento: ita nos per mundum ad cælum pergentes cor  
poris & sanguinis Christi quotidiano uiatico recrea  
mur. Vocatur autem merito panis angelorum, tam  
propter confiuentes eucharistiam, quam propter ue  
scientes. Conficiunt autem istud sacramentum solum  
modo sacerdotes, sicut patet in decretis, distinctione  
trigesima quinta, ca. Ecce. Sacerdotes uero in scriptu  
ras sacra angeli nominantur. Iuxta illud ad Corinthios:  
Mulier debet habere uelam propter angelos. Clo  
sa, propter reverentiam sacerdotum, qui nunc dei  
sunt. Iuxta illud Malach. Labia sacerdotis custodiunt, sci  
entiâ & legê requirunt ex ore eius, quia angelus do  
mini exercituum est. Ratio huius denominatioñis me  
taphorice est, quia sacerdotem decet angelum in duo  
cim conditionibus imitari, quæ in istis uersibus conti  
nentur. Pascit, & hortatur, ducit, uehit, excitat, ar  
eat. Orat, congaudet, punit, laudat sine sumptu. Pri  
mæ

Exod. 16.  
Num. 21.  
Deuter. 6.

2. Cor. 5.

Malach. 3.

Angelorum ob  
sequijs sacerdoti  
bus

S A C E R D O T V M      Fol. 99.

Ma ergo operatio angeli circa nos secundum ordinem  
 istorum uersuum est, paicit: Cuius exemplum habemus  
 tertij regum 19. ubi legimus, quod angelus detulit pa-  
 nem & aquam ad Heliam dormientem & famelicum  
 dicens: Surge & comedere, grandis enim tibi restat uia.  
 Isto modo moraliter loquendo proprium officium sa-  
 credotis est, pascere populum in uerbo & exemplo, &  
 temporali subsidio, si possit. Vnde Petro signanter di-  
 cendum est: ter: pasce, pasce, pasce. Bis autem dictum est ei  
 pasce agnos meos, & semel pasce oves, ad innuendum  
 differentiam doctrinæ necessariæ iuuenibus & seni-  
 bus. Senibus namq; simplex admonitio sufficit, iuue-  
 nibus uero opus est tam uerbis quam uerberibus, ut de-  
 bite doceantur. Alter ramen istud dicitur exposuisse  
 quidam nouicius, arguens quod iuuenes fratres de-  
 bent refici bis in die, & senibus conuenit ieiunare, &  
 ideo pie dixit Christus Petruis bis, pasce agnos meos, &  
 semel pasce oves meas. Secunda operatio quam an-  
 glum legimus circa nos exercere, est exhortari. Cu-  
 mis exemplum habemus in Matthæo, ubi legimus,  
 quod angelus domini apparuit in somnis Joseph di-  
 cens: Surge & accipe puerum & matrem eius & fuge  
 in Aegyptum, &c. Hanc operationem imitatur sacer-  
 dos sana consilia priuatim suggestendo. Tertio te-  
 nerur sacerdos ducere per bonam & apertam conuer-  
 sationem, exemplo Raphaelis: Ego (inquit angelus) eu-  
 ducam et reducam ad te. Et sicut uictoria exercitus est  
 gloria boni ducis ita sanctitas populi attribuitur pro  
 merito sacerdoti. Vnde Chrysostomus de dignitate Lib. 5.  
 sacerdotali: Bene agente populo unusquisque pro me-  
 rito suo remunerabitur, sacerdos autem pro bonis omni-  
 um. Habebit enim pro proprijs bonis auream, pro ali-  
 enis aureolam. Hec Chrysostomus. Et ideo secundum

*Pma*  
Ioan. 21.

*Matt. 2.*

*Tob. 5.*

M      in      eun-

## S P E C U L U M

eundem Chrysost, super Mattheum, sacerdos est in populo sicut radix in arbore, & sicut stomachus in corpore. Quemadmodū, inquit, cū uideris arborē pallēti bus folijs marcidā, intelligis quia aliquā culpā habet circa radicem: ita cum uideris populum indisciplina- tum & irreligionis, sine dubio cognosce quod sacer-

Lib. natura. dotium eius non est sanum. Hęc Chrysostomus. Sed Hist. 20. Ety. secundum Plinium & Isidorum: Salamandra est ser- mo. ca. 4.

pens quidam, cutus ueneno inter alia uenena maxi- ma uis. Hoc est si trunco uel radici arboris irreplerit, omnia poma eius intoxiceat & omnes ramos. Reuera isto modo diabolus, qui modo salamdræ semper ui- uit in igne, radices ecclesiæ i sacerdotes sic intoxicate & inficit his diebus, quod omnes rami ecclesiæ ab eis peccati uenenum assumunt. Vnde ad Romanos: Si ra- dix sancta & rami. Et per oppositum si radix est infe- eta, et rami erunt nocui. Ulteri⁹ dicit Chrysost. quod sacerdos est in grege, sicut stomach⁹ in corpore. Quē- admodum, inquit, medicus quādo primo ingredit ad infirmum, statim de stomacho eius interroget, & eū cōponere festinat, quia si stomachus sanus sit, totum corpus ualidū est, si aut dissipatus fuerit, totū corp⁹ in firmū est: ita si sacerdotiū integrū fuerit, tota floret ec- clesia: si aut corruptū fuerit, oīm fides marcida est & infirma. Sicut stomachus accipiēs cibū cōcōgit ipsum in ipso & p totū corpus dispigit: sic sacerdotes accipiē- res eam in se, id est tractantes eam & meditantes apud scientiā sermonis per scripturas ex deo, & excoquen- tes eam in se, id est tractantes eam & meditantes apud uniuerso populo subministrant. Et infra: Sicut in corpore si aliquod membrum fuerit infirmatum, nō omnino languet & stomachus, si aut stomachus lan- guerit, omnia membra inueniuntur infirma: sic si alii sacerdotes: si autem sacerdotes fuerint in peccatis tē-

Rom. 13.

tus populus conuertitur ad peccandum. Et ideo dicit  
 Isidorus. Sacerdotcs dei pro eorum scilicet subditis In l. 4e  
 tu iniquitate, damnantur, si eos aut ignorantes non sum. bo.  
 erudiant, aut peccantes non arguant, dicente domi-  
 no ad prophetam: Speculatorē dedit te domui Israel.  
 Si non tueris iocundus ut custodias se à via sua mala, il-  
 le in iniquitatē sua moriet, sanguinē uero eius de ma-  
 nu tua requiram. In Polycratico quoq; Nihil sic erit  
 studiosum imperatoribus, sicut sacerdotum honestas,  
 cum utiq; pro illis iphi semper deo supplicant. Et iterū, Lib. 7  
 Profecto indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus Ibid.  
 iniuitus. Quartus actus angelicus secundum prēdictos  
 uersus est uelhere. i. trāsportare. Deferunt enim ange-  
 li boni animas bene morientis in cœlum. Juxta illud  
 Luc. 15. Factum est autem ut moreretur mendicus, &  
 portaretur ab angelis in sinu Abrahæ. Sic sacerdotes  
 angelici de terrenis desiderijs ad amorem cœlestiū trās-  
 ferrūt pénitentes, quando eis confiendo peccatis pri-  
 finis moriūtur. luxta illud. Peccatis mortui iusticię ui , Pet. 2.  
 uamus. Quintus actus angelicus est excitate. Juxta il- Act. 12 *Quintus*  
 lud: Angelus dñi astigit & lumen resulgit in habitacu-  
 lo carceris, p̄cusoq; latere Petri excitauit cum, dicens  
 Surge uelociter. Erat autē Petrus dormiens inter duos  
 milites uinctus catenis duabus. Petrus dormiens in car-  
 cere est peccator irretit⁹ mala cōsuetudine. Iacet inter  
 duos milites uinctus catenis duabus, & duo custodes  
 aī ostium custodiunt carcerē, duo milites moraliter  
 sunt mors & dēmō, mors insidias corpi, dēmō insidia  
 tur aī. Duæ catenæ, amor deliciandi & pudor reuelan-  
 di. Duo custodes, ne hō confessionis osiū exeat, sunt  
 presumptio ueniat & confidentia uitæ prelixx. Huic  
 astare debet sacerdos angelus & cum corriplicudo exci-  
 sare percutere non palpare. Sextus actus angelicus

## S P E C V L V M

Tob. 5.

est arcere dæmonum potestatem, sicut fecit Raphael de Asmodeo, qui suffocauerat septem viros Saræ. Cū similiiter sacerdos arcere debet omnes malos per censuras ecclesiasticas, dæmones etiam per adiuraciones sacras, ne noceant bonis viris. Septimus actus angelii est orare. Vnde legimus in actis Apostolorum, quod Paulo per visionem apparuit angelus in specie viri Macedonis, dicens. Transiens Macedoniam adiuuans. Qui dicitur fuisse Macedonibus praepositus, qui coram Paulo supplicauit salutem. Sic sacerdos pro salute populi orare tenetur.

Orau. 9 art. 9

No. 9

Orau. 9  
Angelus.  
Decimo. 9

Octauo. Angelus congaudet penitentibus de peccatis. Iuxta illud Lucae decimoquinto. Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente, & sic penitentia populi gaudium debet esse boni sacerdotis. Nono angelus punxit. Iuxta illud tertii Regum uigesimoquarto. Venit angelus domini & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque milia. Sic sacerdotum est tentias excommunicationis contra contumaces & rebellies fulminare.

Vnde in decimo officium angelorum est deum laudare. Iuxta illud Esaiæ sexto: Clamabant alter ad alterum & dicebant: sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum. Hoc etiam sacerdotibus dicuntur conuenire. Iuxta illud Esdræ: Steterunt sacerdotes in ordine suo, ut laudarent dominum. Vnde in decimo & ultimo angelus est sine sumptu, sicut patet in angelo, ut scribitur Tobit capite quinto, qui magne fuit utilitatis & parui sumptus. Consimiliter sacerdotes relata cupiditate temporalium, de decimis & oblationibus tantum uiuant. Similiter cum spiritu equalia ministraliter largiantur, nihil pro eisdem recipiant, p mercede, ne simonia uicio maculent. Vbi notandum, q

Angeli et dæmoni  
et quae sacerdotis  
mercede

808

eos cōuenit imitari. Sunt enim immateriales, siue substantiae separatae, intellectuales, pleni scientia & ueritate. Sunt motores orbium & rectores hominum.  
 Primo ergo angeli sunt immateriales, spiritu em sunt & carnem et osia non habent. Et tales debent esse sacerdotes per continentiam & castitatem, ut motus passionis carnalium non sequantur. In cuius figura dictum est Petro: Caro & sanguis non reuelauit tibi. Marboldus libro suo de lapidibus capite in dicit de allestorio quatuor. Primo, quia lapis ille non generatur nisi in gallis castratis. Secundo, extinguit sitim. Tertio, quod reddit hominem honorabilem. Quarto, quod reddit hominem disertum. Moraliter loquendo iste lapis designat continentiam clericalem, qua non iuuenitur nisi in his qui se refrenant a carnis desiderijs, propter meritum uitae eternae. Iuxta illud Matthaei: Sunt Eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum celorum. Hec uirtus extinguit sitim fomitis carnis infestatione, & illicita desideria carnalis concupiscentie. In cuius figura scribitur Sapientiae 10. Dara est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. Lapis durus est continentia, durus est enim contra stimulos carnis calcitrare. Hec uirtus facit hominem uenerabilem, sicut per oppositum incontinentia facit hominem confusibilem. Vnde scribitur: Una mulier Hebrewa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. Hec uirtus, scilicet continetia reddit hominem disertum: id est, eloquentem, et acceptum in loquendo tam in oratione q[ui] in predicatione. Et per oppositum sacerdotes infames de incontinentia nec digni sunt orare & predicare. Sunt igitur primo sacerdotes immateriales & substantie separate, sicut angeli. In cuius figura dicitur de Natha: Et surrexit Natha propheta, & qua Eccl. 47.

Matth. 16.  
Marboldus

Matth. 26.

Judith 24.

M v siage-

## S P E C V L V M

Si adeps separatus est à carne. Et de talibus probis angelis dicitur in Psal. Facit angelos suos spiritus. Secundo angeli sunt intellectuales pleni scientia & ueritate, & sacerdotes dei pollere debent scientia sacræ scripture. Et ideo conuenienter est sancitum extra de magistris, & ne aliquid exigant pro licentia docendi, & quod magister in theologia semper in metropoli habeatur, qui doceat sacerdotes. Omnes autem tam cathedrali ecclesiæ, quam aliæ in quibus suppetunt facultates, doctorem habeant in grammatica, qui clericos ecclesiæ gratis instruat & etiam alios iuxta posse. Hæc est sententia illius capituli, & eadem quasi capitulo. Qm̄ in ecclesia, Consuetudo gallicana habet, quod magistri debent institui per singulas ecclesiæ cathedrales & eis beneficia assignari, qui pauperes gratis doceant & informent. Et ideo signanter dicit apud Aggæ. Interroga sacerdotes legem. Super quod dicit Hieronymus. Considera sacerdotem esse de lege interrogatos respondere. si sacerdos est sciat legē domini. Si ignorat legem domini, ipse se arguet nō esse sacerdotem domini.

Malach. 2. ni. Vnde Malach. Labia sacerdotis custodiunt scientiā & legē requirent de ore eius, quia angelus domini exercituum est. Tertio sunt motores orbium, à quibus causatur & generatur, quicquid inter generabilia & corruptibilia procedit ad esse, sic officium sacerdotii esse deberet mouere nobiles & potentes quorum uitæ

Teena. 2. Joha. 5. tute reguntur subditæ ad cultum dei. Figurā huius habemus apud Ioannem de angelo qui descendebat secundum tēpus in piscinam & mouebatur aqua, & qui prius descendisset in piscinam post motionem aquæ, fatus siebat à quacunq; detinebatur infirmitate. Morali ter piscina multæ aquæ est persona magnæ potentie. In hanc descendit sacerdos uel curatus, quando eius conscientia

conscientiam examinat de delictis, mouet aquam, quā  
 do limitat suam potentiam ad regulas diuini iuris.  
 Quarto angeli sunt receptores hominum & custodes  
 secundum sanctos. Et eodem modo sacerdotes & cura  
 ti, qui pro subditorum animabus habent coram deo  
 respondete. Iuxta illud Psal. Angelis suis mandauit de  
 te, ut custodiāt te in omnibus iūjs tuis. Sed prohdolor  
 his diebus uerificatur nimis dictum beati Job: Ecce  
 Qui seruiunt ei, id est, deo non sunt stabiles, & in ange  
 lis suis reperit prauitatem. Sunt enim quidam de mo  
 dernis sacerdotibus angelī satanæ per discordiam, an  
 geli apostatici per superbiam, angelī incubi per luxu  
 riam, angelī abyssi per auariciam. Primi sunt angelī  
 satanæ per discordiam: Satan enim interpretatur ad  
 uersarius, & tales de omni briga aduersitate & discor  
 dia se intromittunt, conspirant pælia, ingrediuntur  
 pugnas, & exercent latrocinia, ut nec uix fit inuenire  
 comitium prædonum, quin habeant consortium sa  
 cerdotum. Isti sunt similes sacerdotibus Baal, de qui-  
 bus dicitur quod incidebant se cultris & lanceolis us  
 q; ad protractionem sanguinis. Dæmones enim mul  
 tum gaudent de effusione sanguinis humani. Quili  
 ber talis figuratur per angelū, de quo dicitur in Pro  
 verbis. Semper malus gurgia querit, angelus au  
 tem inālus miretur cōtra eum. Secūdo alijs sacerdotes  
 sunt angelī apostatici, iuxta illud: Initū superbiō  
 minis apostatare à deo. Hi sunt similes sacerdotibus  
 Dagon, de quibus primi regum. 5. cap. dicitur, quod  
 non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingredi  
 untur templum Dagon super limen templi. Limen  
 super quod calcatur, perfectionem designat humilita  
 tis, super quod stabiliter stant uiri sancti. Istud  
 limen non calcant sacerdotes ambitio si & superbi  
 quis

Quarta

Job. 3.

3. Reg. 8

Prover. 16  
Eccle. 10

## S P E C C V L U M

qui ad prælationes maiores & altiores aspirant, continue adulantur regibus & principibus, & eos infatuant ac finaliter decipiunt. Sic deceptus fuit Antiochus rex Syriæ in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdotum Naneæ, sicut dicitur primo Machabæorum.

Capite ultime.

Tertio, sacerdotes moderni sunt incubi per luxuriam. Incubi, vel incubones secundum Isidorum octavo etymologiarum in fine à Romanis dicuntur fauni, & sunt, ut creditur, dæmones corpora humana sibi iungentes, & sic mulieribus se immiscentes. Et sicut dæmones incubi dicuntur nonnunquam generare gigantes: ita sacerdotes propter uehementiam uoluptatis gignunt communiter pingues, grossos, & corpulentos. Hi possunt dici sacerdotes Priapi & Beelphegor. Fuit enim idolum Moab super montem Fogor, unde & à loco dictus est Beelphegor. Interpretatur aurem idolum ignominiae, & representabat Priapum, quem Latini dicebant deum hortorum. Fuit enim iuuenis quidam de Lapsato ciuitate Helesponiti, quæ propter magnitudinem membra uirilis expulsum de Lapsato, in numerum dierum Græci lubrici transtulerunt, secundum Isidorum 8. Etymologiarum cap. 11. Hunc uilissimum deum excolunt non pauci religiosi & sacerdotes moderni, discipuli illius maligni angeli, de quo loquitur Apostol. Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Quarto, sacerdotes moderni sunt angeli abyssi per avariciam. Ceres nanci abyssum, id est, infernum dicitur continere. Unde sacerdotes Cereris dediti lucris, uidelicet mercatoribus, angelii abyssi sicut possunt imitatores illius angelii, de quo Apocalypsis: Locutæ habebant super se regem angelum abyssi. Tales fuerunt sacerdotes Belis, quo regum uestigia, nō nisi per cineres sunt cōperta, et ideo justi

s. Cor. 14.

Iuste trucidati: Sic istorum facta post mortem corporis erunt nota, & ipsi pro demeritis puniti pena perpetua ab illo qui angelis peccantibus non percerit, sed iudicibus inferni detractos in tartarum tradidit in 2. Petri 2. iudicium cruciandos referuari. Non sic boni sacerdos. Esaias 61. quibus dicitur per Esaiam: Vos sancti domini uestimentini ministri dei nostri: quia Matth. 4. Ecce angeli accesserunt & ministrabant ei.

**Quod sacerdotes debent esse  
sine macula.**

C A P. II.

**L**uiticii 2 1. capite scribitur sic: Sacerdos qui habuerit maculam, non offeret panes deo suo, nec accederet ad ministerium eius. Sapientia enim, quae Sapientia est filius dei, cum sit speciosior sole, minimum requirit hospitium. Refert Gre-Nazian. quod cum ipse iuuenis studeret Athenis, apparuerunt ei in uisione duæ pulcherrimæ puellæ, & accedentes propius ruerunt in eius amplexus, ipse vero ueste castus et ubuit & admiratus non modicum, ait, Quæ nam etsis uos? Nos, inquiunt, sumus duæ puellæ tibi admodum familiares & dilectæ. Ego enim sum castitas, ait una, & ego sapientia, subiungit altera: Et uenimus ad te uolentes tecum, o castissime iuuenis, habitare: quia tu nobis in corde & corpore tuo sanctum habitaculum preparasti. Sapientia enim in animas sanctas se transfert, & immundum habitaculum detestatur. In cuius rei figura legitur in Exodo: Quod Moyses filiis Israel recepturis legem precepit ut uestimenta lauarent, & a mulieribus abstinerent. Cum enim teste Psalmista, lex domini sit immaculata, & eloquia domini casta, diuina sapientia immaculata & castum

Exod. 2 1.

## S P E C V L V I

castum requirit discipulum, quod si aliquoties con-  
 tingat discipulum illum qui prætendit castitatem, su-  
 huius mundi illecebras & immundicias incidere, re-  
 gius uates nullum deserens inconsolatum ita mate-  
 riam suam prosequitur: Lex est etiam conuertens ani-  
 mas. Iam spuria citia feceratas, propter gratiā quæ ante  
 scilicet legi diuinæ animo spontaneo se subdunt, qui  
 propter sequitur testimonium quod dominus deus  
 permittit suā legē seruātibus est fidele in nullo defrau-  
 dās hoīem in ipsum cōfidentē, sapientiā præstās par-  
 uulis. i. illis, hominibus & si credat dei sui uerbis lēpi-  
 tū ipsius mādata trāsgrediunt, paruā ob id in deo mer-  
 edē operū suorū hñtes fiduciā, quo circa uere talis a  
 Davide paruuli nominantur, q̄ in rem sequit iustitiae  
 dñi recte lētificat̄es corda, & huiusmodi paruulorum &  
 etiā aliorū hoīm secūdū oēs dei uias incedētium, ergo  
 iustitiae dñi quæ sunt eius diuinissima & sanctissima  
 sacramenta, quæ ex acerbissima crucis morte suā tra-  
 xere originē, mortalium præsertim paruulorum cor  
 suscep̄tis, securus fit homo se in gratiam dei colloca-  
 tum. Præceptum domini lucidum, siquidem clarum  
 est nobis quid uniuersorum gubernator impleri iu-  
 beat, illuminans oculos supple hominis interioris,  
 seu illustrans mentium oculos, ut dignoscat homo  
 se in dei amicitia constitutum, timor etenim domini  
 sanctus per quem ad illam deuenitur oculorum domini  
 riorū illuminationē permanēs in seculū seculi, merito  
 idcirco timor ille filialis ab hominibus est amplecten-  
 dus, per quem castum acquiritur cor quod quemuis  
 Christianū præcipue sacerdotem habere decet, qua-  
 ppter grauiſſime & enormiter peccat ille cuius p̄priā  
 68

## S A C E R D O T U M

95

Et corpus habere mundum & castum & immiscer  
se uenerae uoluptati. Ideoque Hugo de sancto Victo-  
re in didascalicon ait: Inlaudabilis est sapientia, quam  
uita maculat impudica. In cuius figura scribitur pri-  
mo regum, quod Achim dech sacerdos ante quan pa-  
nes propositionis daret David & pueris eius, quos siuit  
an mundi essent pueri, saltem a mulieribus. In quo my-  
stice datur intelligi, quod qui desiderat a summo  
sacerdote Christo pane sapientiae & intellectus ciba-  
rum quendam de Geometria interrogatum, respon-  
dit quod de ciuitate dei dicit, quod Socrates inter philo-  
sophos primus philosophiam conuertit ad mores, cum  
omnes ante illū magis naturalibus intenderint. Hoc  
autē ideo fecit Socrates, teste Augustino, ut deprimenti  
tibus libidinibus, exoneratus animus, ad noticiam de  
uinorū ascendere posset, ubi tāquā in puro fonte om-  
niā rerū causas inspicret. Vnde sicut oculus corpora-  
lis clare uidere nō potest si fuerit lippus, uel sordibus  
pueleris plenus: ita ad hoc quod oculus cordis spiri-  
tualis sincere diuinam sapientiam contépletur, oportet  
ut ab humore carnalis concupiscentiae depuretur. Vn-  
de Hieronymus epistola septuagesima ad Rusticū mo-  
nachum: Ama, inquit scientiam scripturarum, & carnis  
uicia non amabis. Item potest esse dubium utrū ex-  
teris paribus plū peccet uir adulterando quā sacerdos  
in fornicando. Et dico pro nunc, quod ceteris pari-  
bus sacerdos plus peccat. Ratio est, quia sacerdos uo-  
lens solenniter continere ab omni muliere, & totaliter  
se deo dedicauit: uir uero uxoratus iuravit fidelitatē  
mulieri, sacerdos autē ecclesiæ sacrosancte. Iā maior  
est ecclesia quam una mulier uni virg iuncta, & ideo  
ca

## S P E C V L V M

Agust.  
canon loquitur de uouentibus castitate & postea con-  
trahentibus. Simile habetur de clericis fornicariis di-  
finct. trigesima secunda, ca. Eos. Sed istis omissis acci-  
pio media planiora , quia sicut grauius peccat moni-  
alis fornicando quam uxor adulterando , sicut dicit  
sanctus Augusti. de sancta uirginitate lōge ante medi-  
um. Sed grauius peccat sacerdos fornicando quā mo-  
nialis uel religiosus quicunq; in sacris ordinibus non  
constitutus, ergo grauius peccat quā adulter uel adul-  
tera , quia si grauius peccat quam adultera graui-  
us peccat quam adulter , sicut in prima dubitatione  
magis obligatus ad castitatem quam monachus , in  
constitutus, & pari ratione magis quam sanctimonia-  
lis, uel quacunq; religiosa, inquantum religiosa.

Quod ministri ecclesie  
debent esse casti  
CAP. III

*Ministri eccl. sunt casti.*

Rom. 8.

z<sup>o</sup>

**M**INISTR. I eccl. debent esse casti prop-  
ter plures rationes. Primo, quia ipsi debent  
deum placare. Ecclesiastici quadrageximo quarto . In  
tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Placare uero  
non possunt, nisi placeant. Placere autem non possunt  
si carnaliter uiuant. Qui enim in carne sunt, inquit. A  
postolus, placere deo non possunt. Bernardus. Vx filii  
arx, qui nondum sunt reconciliati, Reconciliationis  
alienz negocium, quasi gens que iusticiam fecit, ap-  
prehendunt. Secundo quia ipsi sunt loco dei, ideo ipsi  
miserentur ut deus, scilicet spiritualiter, non car-  
na

Maliter. Nam comedetur agnum paschalē dicitur, re  
 nes uestrōs attingetis, ab omni scilicet carnis immun **Exo. 12.**  
 dicia, quando autem hoc non sufficit, ibidem subiici-  
 tur: & calciamenta habebitis in pedibus uestris, quasi  
 dicat dominus deus, cotpore īā ab omni spurcia ab  
 stracto induitus sis oporteat calciamentis, quandoquā  
 dem super hanc terram, quae est maculosa cōuersam  
 ni. Si nudatis pedibus incederetis, de facili fœditas  
 aliqua contraheretur, quamobrem quo facilius cor-  
 poris mundiciam seruetis, quotiescumque cum mere  
 mundanis hominibus est tibi necessarius congressus.  
 calciamenta, hoc est, tuamenta quādān tui corporis  
 animique mundicie semper in pedibus, hoc est in af-  
 festibus uestris, qui uidelicet affectus multum sem-  
 per te incitant ad immundicium sumatis, hæc autem  
 si cunctis mortalibus paschæ agnum manducantibus  
 præcipiantur, quanto magis Christianæ religionis sa-  
 credotibus, qui Iesu Christi a uirgine nati corpus im-  
 maculatissimum sub panis specie sepissime cōtreciat,  
 ideoque diuinissimus Gregorius scribit: Nulla bona  
 sunt cetera, si occultis iudicis oculis castitatis testimo-  
 nio non approbantur. Hieronymus: Quacunque uir-  
 tute polles, quibuscumque operibus nitreas, si cingu-  
 lo castitatis careas, omnia per terram trahes. De lux-  
 uriosis sacerdotibus dominus per Ezechielem pro-  
 phetam dicit: Coinquinabar in medio illorum. Ecce  
 quanta sacerdotum coinquinatio, cum ille qui sine  
 macula est, dicat se ab illis inquinari. Sanctus Hie-  
 ronymus dicit: Corpus Christi polluit, qui ante al-  
 tare pollutus accedit. Mundamini ergo qui fertis ua-  
 sa domini, imo qui estis uasa domini, ut in uasis i.  
 in cordibus uestris mundis ipsum, qui est candor lucis  
 æternæ, splendor gloriæ & speculū sine macula sumaris.

N      Qua

## SPECULVM

Qualem oporteat esse sacerdotem.

CAP. III.

**Q**VALEM putas esse debere eum, qui pro  
toto mundo legatione fungitur & depreca-  
tur, iniquitatibus omnium propicium deum fieri nō  
solū uiuentiū, sed etiā mortuorum? Ego quidem Moy-  
si & Heliē confidentiam huic puto supplicationi posse  
sufficere. Sicut enim is cui sit cōmissus uniuersus mun-  
dus, & qui sit pater omnium, ita accedit ad deum ob-  
secrans extingui quidquid ubiq̄ pugnatum est, diffi-  
quam publicis imponi finē conuenit. Itaq; tantum dif-  
ferre debet omnibus, pro quibus precatur uirtutis e-  
uero etiam spiritum sanctum aduocauerit, & reuerē-  
dam illam immolauerit hostiam, omnēq; omniū dos-  
minum subinde contigerit, ubi illum dīc mihi nostra  
testimonia ponemus, quantum ab illo splendorem  
poscimus & quantam religionem. Expende enim qua-  
les oporteat esse eius manus, tāta si rerum ministros,  
qualem linguam uerba illa fundentem, aut quo gene-  
re non mundiorem & sanctiorem animam talis spiri-  
tus recepericem. Tunc enim etiam angelī circumstant  
sacerdoti, & tribunal atq; altaris locus cælestibus uir-  
tutibus adimplerur in honorem illius qui immola-  
tur. Quod quidē ex ipsis que aguntur ostenditur. Ego  
autem audiui referente aliquo, quoniam presbyter qui-  
dam uitæ sanctitate mirabilis, & qui reuelationes so-  
uidisse i. sacrificiū tēpore conspexisse angelorum mul-  
titudinem, sicut ei possibile erat intueri, siolis fulgen-  
tibus

## S A C E R D O T U M      Fol. 100;

tibus circundantem & altare coronantem, cum officio quo circa regem suum milites stare consueverunt qd mihi facile plus nullum est. Alter uero mihi retulit nō ab alio se audiuisse dicens, sed quod ipse uidisset, quoniam de hoc seculo recedentes qui participes mysteriorum illorum in conscientia munda fuerint, cum etiam uerint ultimum spiritum, subuehi eos alacres manibus angelorum. Nec dum ergo inhorescis, quod ad tale ministerium nitebaris me inducere, & induitum sordidis uestibus sacerdotum inserere dignitati, cum talem Christus ei conuiuantum congregatione separauerit. Splendore igitur uitæ totum illuminantis orbem, fulgere debet animus sacerdotis. Noster autem tantis tenebris operitur, male uide licet conscientię, ut incuruetur semper, nec ad deum suum cum fiducia audeat aliqui respicere. Sacerdotes sales terre sunt, nostram autem insipientiam & in omnibus ignorantiam quis queat facile sustinere, exceptis uobis qui nimis diligere nos decreuistis.

### De dignitate & excellentia sacerdotum.

#### CAPUT V.

S A C E R D O T I I autem, de quo loquimur, aspice dignitatem. Agitur quidem in terra, sed officium eius cælestibus negocij continetur. Non enim homo, non angelus, non archangelus, non aliqua creatura, non uirtus, sed ipse spiritus sanctus hoc munus instituit, atque adhuc manentes in carne ministerio fungi præstítit angelorum. Proprietasq; oportet pontificem, quasi qui in ipso consistat cælo, illiciis uirtutibus misceatur, ita uitæ splendore radiatu-

N      Fuerunt

## SPECULVM

Fuerunt quidem terribilia & horribilia etiam ea que  
 in veteri testamento ante gratia gerebantur , ut put  
 trinabula, malo granata, lapides in pectore ordi  
 nati, superhumera, mitra, cedaris, uestimentum ta  
 lare, lamina aurea, sancta sanctorum, intusque silenti  
 um, & solitudo reuerenda Verum si quis ea que sunt  
 in gratia ordinatione consideret parua esse, illa que  
 precesserunt terribilia iudicabit, quodque de lege pro  
 niciatum est, etiam per haec uerum probabit, quoni  
 am non sit clarificatum id quod clarificatum fuerat  
 propter excellentem claritatem. Nam cum immolatus  
 dominum nostrum, & cum incenso uideris astantem  
 sacerdotem atque imprecantem, omnesque pariter pre  
 cioso illo imbui sanguine, adhuc te esse cum homini  
 bus arbitraris , & non continuo animo translatus in  
 celos, omnemque de mente sensum carnis excludens nu  
 da anima sensuque mundissimo ea que sunt in cœlesti  
 bus intueris. O miraculum, o in nos dei benevolentia.  
 Qui sursum sedet ad dexteram patris, sacrificium tamen  
 tempore hominis manibus continetur, traditurque lam  
 bere cupientibus eum, et cum ueneratione complecti,  
 fitque totum sub oculis humanis. Videntur tibi hec di  
 gna contempsu, aut talia ut possibile sit cuiquam super  
 horum reuerentia inflatione mentis attolli . Ut autem  
 altitudinem & excellentiam sanctificationis huius ali  
 quo in uearis exemplo , imaginarie sub conspectum  
 nostrum adductum Heliam , & innumerabile circum  
 stantium multitudinem, & hostiam in altari positam  
 omnesque qui assunt magna silentij expectatione conti  
 cere, solum uero prophetam orantem & repente flam  
 nam de celis in hostiam descendenter. Admiranda  
 nempe haec & totius plena stuporis . Sed transi ex illis  
 que nunc aguntur, & non solum miranda ea, sed omnes

Thre. 3.

fuu

S A C E R D O T U M      Fol. 98.

Riporem transcendētia uidebis. Stat quippe sacerdos nō ignē educēs sed spiritum sanctū, diu p̄c̄t̄ incubēs, nō ut illa desuper accēsa lāpas consumat apposita, sed ut aduolans gratia sancti spiritus sacrificio p̄ ipsum cunctorū mentes accendat & splēdidiōres reddat argēto per ignē probato. Hoc igitur ministeriū ita reuerēdū quæ despicerē audebit insania! An nescis quoniam hūana natura nūq̄ in ignē talis hostiæ sufficeret, sed tota fundiūt̄ nteriret nisi magnū gratię dei esset auxiliū.

Eiusdem fere argumenti. C A P . VI.

**N**am si quis intropiciat, quantum sit hominem carni & sanguini adhuc colligatum beatæ illi & simplici naturæ posse fieri uicinū, tunc diligēter intelliget, quod sacerdotes spiritus sancti gratia honorare dignum sit. Per hos quippe mystria illa, complentur, atq; alia non his minora, tā grādibus uel ad rationē salutis nostræ uel etiā dignitatis. Hi nāq; qui terrā incolūt atq; in ea cōuersant, cælestia dispēlare meruerunt, & potestate acceperunt, quā tieq; angelis, neq; archāgelis dedit deus. Neq; enim ad illos dictum est: Quęcunq; ligaueritis super terrā, erūt ligata & cælis: & quęcunque solueritis erunt soluta. Habent namq; & mundi principes uinciendi aliquam potestatē, sed uti hac in solis corporibus licet. Hoc aut uinculum qđ sacerdotibus cōmissum est, ipsam cōtingit animam, transitq; ad cælos, ut ea quæ operati fuerint sacerdotes deorum, etiā de⁹ cōfirmet in celis, senetiāq; seruorū dñs ipse corroboret. Quid ergo reliqui est, si eis omnis commissa est potestas cælorum? Quotumcunque enim, inquit, dimiseritis peccata, dimittētur: et qđ reuinueritis, tenebuntur. Quę potest inueniri maior potestas? Omne iudicium dedit pater filio, Ioan. 5a

Matt. 18,

Ioan. 20.

N      iii      at

## S P E C V L U M

at hoc video à filio totum sacerdotibus esse cōmissum  
at sicut in celum iam translari & humanam transcen-  
dentes naturam , atq; à nostris infirmis mirabilibus liberatis  
in tantū eucti sunt principatum . Nam si imperator  
alicui subditorum honorem huiusmodi impariat ,  
ut quos uoluerit , in uincula contrudat , laterq; quos  
uoluerit , dignus inuidia & conspicuus ab omnibus  
estimatur , hic qui à deo accepit , tanto maiore his ue-  
prædictis potestatem , quanto est celum preciosius  
quam terra , quanto preciosior est anima , quam cor-  
pus , ita ne modico affectus honore credetur , ut aliqui  
etiam suspicentur posse hanc artem ab his , quibus fue-  
rat commissa contemni procul siue talis infamia . Nec  
enim aliud quam furor vocandus est , contemnere il-  
lud ministerium , sine quo nobis nec salus nec ea que  
sunt bona promissa reddantur . Nemo enim ualebit in-  
gredi regnum cælorum , nisi ex aqua renatus & spiri-  
tu sit . Et qui non manducat carnem domini , nec bibit  
eius sanguinem non habebit uitam eternam , que per  
nullius alterius quam sanctis efficiuntur manibus sa-  
cerdotum . Nec gehennem utiq; ignem uitare nec pro-  
missorum remuneratione poriri , nisi per illorum ha-  
bemus officium . Isti enim sunt qui spirituali affectio-  
ne nos parturiunt , & generatione baptismatis exe-  
quuntur . Per ipsos Christum induimus , per ipsos con-  
iungimur dei filio , per ipsos membra beati illius ca-  
pitis efficimur . Quomodo ergo nobis isti non solum  
reuerendi magis quā reges aut duces aut iudices , sed  
etiam non magis erunt honorabiles quam parentes .  
Illi quippe nos ex sanguine & carnis uoluptate genue-  
rant , hi vero nobis sunt diuinę generationis autores ,  
& sancte illius reformati liberatis ueræ adoptio-  
nisq; filiorum .

De mundicia sacerdotum quib  
portant uasa domini

## CAP. VI

**V**ERBVM prophetæ est: Mundamini, qui fer-  
tis uasa domini. Quāto mūdiōres esse oportet Iza. 52  
qui sunt uasa domini, qui in manibus & corpore por-  
tant Christum, quibus Apostolus dicit: Glorificate &  
portate Christum in corpore uestro. Sacerdotem hoc  
sentire oportet quod & in Christo Iesu, non solum ut  
per se humilitatem exinaniat, sed ut crucifixionē do-  
mini representans stigmata eius portet in corpore suo  
& in ara cordis, seipsum domino crucifigat. Verbum  
enī Salomonis est: Sedisti ad mensam diuitis, scito  
quia eadem preparare te oportet. Nam & in Leuitico  
sacerdos pellem hostię retinet, quia ordo sacerdoris  
expostuiat, ut dū in mēla altaris hostiā imolat saluta-  
rē, quadā cōtritionis cruce hostię se cōformet. Olim  
paschalis agnus nō cōedebatur, nisi cū lactucis agresti-  
bus & amaris, præcinebantur autē renes in quo ama-  
ritudo p̄nitentiae, & continentia mundicia designa-  
tur. In utroq; etiam post sanguis agni ponebatur, ut  
sacerdos sacramentum dominicæ passionis non io-  
lun ore ad redempcionem, sed corde ad imitationem  
suscipiat, quia tunc demum ei hostia proderit, si seip-  
sum hostiam faciens uelit humiliiter & efficaciter ini-  
tari, quod agit Verbum Apostoli est: Probat autē se-  
ipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat Psal. 5  
O quā felix, qui probatus inuentus est. Proba me do-  
mine & tenta me, ure renes meos & cor meū ut tanto  
Sacramento dignus inueniar. Terribile est enim quod

N. iiii. se

## S P E C V L V M

Sequitur: Qui manducat meā carnem & babit meū sanguinem indigne, iudicium sibi manducat & babit. Domine Iesu Christe sacramentum corporis tui & sanguinis nobis quasi pignus & obsidem ælestis gratia dimisisti, & in eo cōstituisti nobis nō mortē sed uitā, non iudicium sed salutem. Quam perditus ergo est q̄ redēptionē in perditionem, qui sacrificium in sacralegium, qui mysterium in patricidium, qui uitam cōuerit in mortē. Prohibet dominus in lege Moysi, ne de agno paschali comedat peregrinus aduena uel immundus. Quanta ergo & q̄ dānabili temeritate sacerdos indignus ministrare præsumit, q̄ ut uerbo Ap̄st. utar, iā filii dei concultat, & sanguinē testamenti poliurum dicit, in quo sanctificati sumus, & spiritui gratiae cōtumeliam facit. Sacerdotibus dicitur per Ap̄phe-tā. Vos sancti dñi uocabimini, ministri dei dicetur uobis. Et subiungit: Oēs q̄ uiderint eos cognoscēt illōs, q̄a isti sunt semen cui benedixit dominus. Video autem hodie, qd & siens dico, innumeros illiteratos, aut potius idiotas, & nihilominus carnaliter conuersantes usurpare tanti officij gradum, ita quod sacramenti dignitas ex indigna numerositate uilescit. Et euenit, quod Osee propheta conquirendo deplorat & dicit: Rarissimi sacrificant Carthusiani. Multiplicauit populus altaria ad peccandum, factæ sunt eis aræ in delictum. Ideo raro sacrificat Carthusiensis ordo. Sicut enim solet generari ex assiduitate cōtempitus: sic accenditur ex ipsa raritate deuotio. Sane non habent potestatem edere de cælesti altari, qui tabernaculo carnis deseruiant. Illis enim qui carnalibus desiderijs insumunt, calix dñi uertit in fel draconis, angelo rum panis aufertur, & eis manna celeste putrescit, plus itq; sup eos dñs sicut puluerē carnes. Notādī autē eo dē sole carnes indurāt & māna liq̄scit, q̄a iuxta diuerorum

## S A C E R D O T U M      Fol. 106.

forum exigentiam meritorum quosdam deus in sua  
malicia obdurare permittit, alios ad salubres lachry-  
mas pia deuotione resoluit. Cumq; ille quasi languen-  
te & fastidiente stomacho tanquam furfur & corticē  
sacramenti recipit, anima istius ex cœlesti adipe, ex di-  
uini tritici medulla pinguescit. Spiritus illius est sicut  
mons gelboæ, super quæ nec ros nec pluia cadit. Istā  
vero quasi hereditati suæ deus pluviā uoluntariam  
segregavit. Ex inordinata & indisciplinata multitu-  
dine sacerdotum hodie datur ostentui nostrę redem-  
ptionis uenerabile sacramentum. Nam qui debuerant  
esse uicarij Apostolorum & filij Petri, facti sunt socij lu Psal. 68  
de & præambuli Antichristi. Verbum quippe Grego,  
est. Qui corpus Christi indigne conficit Christum tra-  
dit, ut Christus dum traditur dicat. Ecce manus tradē-  
tis me mecum est in mēsa. August. super illum uersicu-  
lum : Dederunt in escam meā fel. Grauius, inquit,  
peccant offerentes indigne Christum regnante in August.  
cōglis, quam qui eum crucifixerunt ambulantem in ter-  
ris. Et idem: Magis peccant qui tradunt Christum pec-  
catoribus membris, quam qui tradunt eum crucifixo  
ribus Iudeis. Et adaptat sacerdotibus prauis illud la-  
mentabile uerbum Christi: Dederunt in escam meam  
fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Dominus equi  
dem salutem nostram sicut et esurit, & ideo damnabi-  
liter peccat, qui ad corpus eius cum felle prauæ con-  
scientiæ, & cum aceto iniquitatis accedit. Verbū bea-  
ti Hieronymi est: Perfidus Iudeus, perfidus Christianus  
ille de latere, ille de calice sanguinem Christi fundit.  
Porro Joseph corpus domini pris manibus baiulauit.  
Ille uero pollutis manibus, & quibus pauloante scorti i Cor. 6  
pudenda tractauit, salutē hom̄ tangit, & recipit ore  
q; pauloate basia meretrici ip̄sserat. Ille q; fuerat Christi  
mēbrū tollit Christi mēbrū, dicit apost. & facit mem-  
brum meretricis. Qui enim adhæret meretrici, unum

## SPEC V L V M

corpus unumque membrum efficitur cum ea. In hoc  
mēbro abominabiliter ponitur & detestabiliter cor-  
pus Christi. Repositum fuit illud preciosum corpus  
in syndone munda & in monumēto nouo, iste autem  
in ore adhuc poru hēsterno scerente, & in sentina uen-  
tris adhuc præcedente crapula r̄stuante demergit eū,  
quem angeli uidere concupiscunt, quem prospicien-  
do delectationes æternas accipiunt. Nonne potius An-  
tichristianus quam Christianus iudicandus est, qui  
quantum in se est, Christum iam factum impassibile.  
ita tractat indigne, ita probris afficit, ita crudeliter in-  
terimit, & sepelit in honeste? Verum quia cælestis ani-  
mæ aduersorū sententiam, sicut Dathan & Abyron, in  
ipsa sua sacrificij usurpatione non sentiunt, diuinū pu-  
tāt euasisse iudicium, dicentes cū uxore Manue: Si do-  
minus uoluisset nos occidere, non suscepisset sacrifici-  
um de manu nostra. Certe Maria quam Christi chari-  
tas uehementer accenderat, prohibetur dominum rā-  
gere. Ioannes etiam baptista, quo maior inter natos  
mulierum testimonio Christi non surrexit, uertici sal-  
uatoris angelicis potestatibus tremendo, manum ue-  
retur imponere, & filius prolationis æternæ manu sa-  
cilega & ore polluto sacramentum, in quo uita æter-  
na est, recipit. Ipsiū sibi dānabiliter incorporare aut  
poti⁹ incarcerare p̄sumit. Prius p̄genitētiā & usum lō-  
gū erat expiāda oīs iniqtas, ut inde ueniret ad cornu  
altaris, id est, ad tanti gratiam sacramēti. Lauabo, in-  
quit propheta, manus meas, id est opera: & sic circum-  
dabo altare tuum domine. Et idem: Emittite lucem tu-  
am & ueritatem in tuam, ipsa me deduxerunt & addux-  
erunt in montem sanctum tuū & in tabernacula tua.  
Ec sic introibo ad altare tuum domine. Lauandi enim  
sunt int̄iores affectus. Nam in Leuitico antequā of-  
fers

## S A C E R D O T U M   F o l . 1 0 4 .

feratur hostia, diligenter omnia eius intestina lauan-  
 tur. Apparuit dominus Moysi, apparuit & Iosue p̄-  
 cipiens utriusq; ut calciamenta soluerent de pedibus su-  
 is. Calciamenta quippe sunt de pellibus mortuorum  
 animalium. Terribilis uero locus est, in quo deo patre  
 eius unigenitus. Ideo quisquis accedit ad tantæ sanctæ  
 sacerdotiis ministerium, necesse habet prius deponere  
 immundicias operum mortuorum. Res difficultis &  
 ardua est ministrare in sacerdotio, animas regere. Et  
 luxa uerbum Salomonis mittere se in turbam popu-  
 li, & alligare sibi peccata duplicita. Verbum enim do-  
 mini est: Sacerdos meus qui unctus est, si deliquerit, de-  
 linquere faciet populum meum. Super quem locum  
 beatus Gregorius dicit: Scire debent sacerdotes, quod Gregor.  
 si peruersa perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot  
 ad subditos suæ perditionis exempla trāsmittunt. Et  
 quis nouit opera sua? Quis scit an amore aut odio di- Hier. 37.  
 gnus sit? Delicta quis intelligit? Prauum est cor homi-  
 nis & inscrutabile, abyssus profunda & inexplorabilis  
 est conscientia peccatoris. Nam ut de ceteris taceam,  
 si discussero & scopauero spiritum meū, si lauero me  
 nitro, & multiplicauero mihi herbam-Borith, sordi-  
 bus intingit dominus. Sic à mortuo perit lauatio. Sic  
 lauo laterem, & dum plus sordes excutio, plures exces-  
 sus inueniens, quos nondum plene sicut debui planxi,  
 mihi ex ipsa criminum recordatione sordesco. Ideo  
 tanti sacramenti maiestate deterritus insufficientiam  
 sanctitatis, quam ille gradus exigit, meticulosus al-  
 lego. Certe Moses iam electus in ducem populi &  
 ad Pharaonem mittendus. Hieremias etiam uocatus  
 a domino ut populum rebellem erudit, humiliter se  
 excusat. Nec dubium est quin tantum præmineat sa-  
 credotalis dignitas officio ueterum, quantum res spēs  
 subst.

## SPECVLVM

Substantia umbræ, quantum promissionibus exhibi-  
tio ueritatis. Isayas vero, qui domino querenti quem  
mitteret ministerio prædicationis, se offensens prius cal-  
culo purgatur altaris. Nemo enim aptus est mysterijs  
spiritualibus, donec sancti spiritus ardore purgetur.

Ob reuerendam mysterij huius eminentiam, beatus

Sanct. Mar- Marcus, cuius cor & linguam dominus sancti spiritus  
eius itemque igne purgauerat, quasi tamen adhuc imperfectum su-  
s, Amonius um sentiens pollicem sibi abscedit, ne ad sacerdotium su-  
sacerdorij o cogeretur. Legimus, quod cum beatus Amonius ad  
nus detrecta regimen populi trahere iuris iuitus, aurem sinistram

ferro sibi radicibus secuit dicens: Lex duina neminem

præcisa aure permittrit fieri sacerdotem. Reuersi sunt

ergo clerus & populi ad Timotheum tunc temporis

patriarcham, qui Am onium non solum si auribus mu-

tilatus, sed et si naribus truncatus esset, propter sancti

tarem ipsius censuit promouendum. Reuertentibus il-

lis & iterum trahentibus uirum dei atq; cogentibus,

linguam inquit meam propter quam uobis placeo, si

me ulterius cogitis, proprijs dentibns amputabo, & sic

tandem sibi relictus est. Adhuc Paulus Eremita, Anto-

nius, Appolloni<sup>o</sup>, Mustius, Hilarion, Paunutius, ut ergo

rigi uiri nominarissimæ religiōis, quo rū mēoria in bñ

dictione est nūq gradā sacerdotij attigerūt, insūma tñ

simplicitate saluari sunt. Sicut enim beatus Odilo clu-

niacēsis abbas in exhortatiōibus suis scribit, istorū sin-

guli una hora diei passionis dominice, nostræq; redē-

ptionis beneficia, quasi in fasciculum memoriae deuo-

te & fideliter colligebant, & sic in timore & humili-

tate hic ad fruendum suauiter, firmiter in sua consci-

entia recondentes corpus domini spiritualiter mandu-

cabant. Sic dominus præcepit apostolis dicens: Hoc fa-

cite in meam commemorationem, adiungit abbas. Si

Ut, inquit, sacramentum quandoq; indignus, sic rem  
 sacramenti non recipit, nisi dignus. Voce humana ex-  
 plicari non potest, cum quanta deuotione confici, cu  
 quanta cautela dispensari, cum quanta reuerentia su-  
 scipi debeat corpus Christi. Conficere ueror, quod af-  
 fecto suscipere. Nam cum utrobiq; pura conscientia  
 exigatur, tamen uita perfectior & conuersatione emi-  
 nentior propter uarias illius ordinis circumstantias a  
 sacerdote requiritur. Utinam modernoru*m*ini sacerdo-  
 tum sanctitas rara esset, ut omni laude uirtutis exem-  
 plo nobis desiderabilem appetitum sacerdotalis gra-  
 dus immitteret. Item exemplum sancti Bernardi in u-  
 ta sancti Malachiae. Cum sanctus Malachias archie-  
 piscopus sacram offerret hostiam & appropinquasset  
 ei diaconus, intuitus eum sacerdos ingemuit, eo quod  
 sensisset penes illum latere quod non conueniret. Per  
 acto sacrificio secrete percunctatus de conscientia sua,  
 confessus est illusum sibi per somnium nocte illa. Cui  
 iniungens penitentiam, non debueras, inquit, hodie  
 ministrasse, sed uerecunde te subirahere, & tantis de-  
 ferre mysterijs, ut hac humilitate purgatus dignius ex-  
 inde ministrares. Item refert Heraclides in libro qui  
 dicitur parados, dicens ad Alexandrum Macharii  
 Ego ueniens repperi presbyteru*m* ante fores eius qui ue-  
 nerat ut curaretur. Habebat enim caput carcino exca-  
 sum, ut etiam eius uertices nudarentur, & nec dum  
 sancto Machario suscep*t*us fuerat aut uisus. Qui mihi  
 pro illo roganti ut ei misereretur, respondit. Non est di-  
 gnus iste curari. Hanc enim penam diuinitus accepit,  
 quia fornicatione pollutus mysteria domini uiolare  
 consuevit. Persuade autem ut in perpetuum se suspen-  
 dat sancti sacrificij immolatione. & sic deo adiuuante  
 poterit curationem recipere. Quod & factum est.

Finis Lib. III.

*Z alechis  
episco.*

# PRO OENIVM AVTORIS

in Lib. IIII. qui dicitur *speculum  
secularium & mundi huius  
amatorum.*

**GREGO.** **V**anitas vanitatum & omnia vanitas, dixit Eccl. 12. Quoniam, ut ait egregius doctor Gregorius, non est deo acceptabilius sacrificium, quam animarum zelus sive amor: ideo ex diversis autoritatibus ecclesiasticorum doctorum praesertim tractatulum in unum collegi, ut peccatrix anima devians, per haec sanctas autoritates & ammonitiones ad uitam ueritatis & iusticie, unde sicut quis quæ percierat multum errauit, spiritu sancto aspirante iam diuinatus reuocetur, & ut si alium suum cognoscens periculorum erroneum & immundum, tactus dolore intrinsecus ad deum se conueriat, conuersus penitentiem agat, ac sic tandem cum omnibus sanctis uitam eternam obtineat: Siquidem ut dicit Chrysost. Nunc præcipue mulcis illudit vanitas vanitatum & omnia vanitas. Hunc uesticulum si sapienter qui in deliciis & diuitiis uersantur, in parietibus omnibus, in uestibus suis scriberent, in domo, in ianuis, in ingressibus & an-

**Eccl. 3.** te omnia in conscientiis suis, ut per eum oculis ceruent & corde sentirent, quoniam quidem multe sunt facies, multæ imagines falsæ, quæ decipiunt incautos. Oportet ergo quotidie istud salutare carmen, imprandens, in cœnis & in omni conuentu, unumquemque proximo suo canere & à proximo libenter audire, quia vanitas vanitatum & omnia vanitas, præter amare deum & illi soli seruire. Hæc Chrysost. Continebit autem prælaus tractatus septem capitula iuxta septem

## PROEMIVM AVTORIS 163.

Septem ferias hebdomadæ, ita ut peccatrix anima p  
peccatis deturpata, qualibet die speciale capitulum tā  
quam nouum speculum accipiat, in quo faciem suam  
consideret. Primum capitulum erit de uilitate & mi-  
seria hominis, secundum de peccato in communi &  
quanta per peccatum incurrimus spiritualia detrimē-  
ta siue damna, tertium de penitentia cito facienda,  
quartum de mundo fugiendo & odiendo, quintum  
de caducis mundi diuitiis & falsis eius honoribus  
potentis dignitatibusq; contemnendis, sextū  
de morte semper timenda ubique & ex-  
pectanda, septimum & ultimum  
erit de gaudiis paradisi & pœ-  
nis inferni.

# SPECV LORVM STATVS VITAE

humanae, LIB. IIII. qui inscribitur Spe  
culum secularium, siue mundi hu  
ius amatorum.

flit. 20.



Bernar.  
Cognos frater ipsi

flit. 20 finit.

ERBA Hieremias prophetæ: Qua  
re de nulla matris egressus sum ut  
uiderem laborem & dolorem, & co  
sumerentur in conclusione dies mei?  
Si talia loquuntur de se, ille quem san  
ctificauit deus in utero, qualia lo  
quar de me quem mater mea genuit in peccato? Ber  
nardus enim dicit: Stude cognoscere te ipsum, quia  
multo melior & laudabilior es si te ipsum cogno  
scis, quam si te neglecto cognoueris cursus siderum,  
uires herbarum, complexiones hominum, naturas a  
nimantium, & haberes omnium cælestium & terrestri  
um scientiam. Attende ergo diligenter o homo, quid  
fuisti ante ortum, & quid es ab ortu usq; ad occasum,  
& quid eris post hanc uitam. Profecto fuisti spurcissi  
num sperma & uile semē conceptus in putredine car  
nis, in feroore libidinis, in foetore luxuriæ, &  
(quod deterius est) in labe peccati. Sed attende, quo ci  
menstruo, qui cessat in foemina post conceptum, ut ex  
eo nutritur conceptus in utero. Qui quidem sanguis  
fertur esse tam detestabilis & immundus, ut eius con  
tactu fruges non germinent, arecant arbusa, moria  
tur herbe, amittant arbores foetus, & si canes inde co  
menderint, in rabiem efficiuntur. Postea plorans & cui  
lans

## SECVLARIVM

Ians traditus es huius mundi exilio ad laborem timorem & dolorem, & quod grauius est, ad mortem. For manuit igitur dominus deus hominem de limo terræ, quæ cæteris indignior est elementis. Planetas & stellas fecit ex igne, status & uentus fecit ex aere, pisces & uolucres fecit ex aqua, homines & iumenta fecit de terra. Considerans igitur aquatica te uilem inuenis, considerans aerea te uiliorem cognosces, considerans ignea te uilissimum reputabis. Nec ualebis te parificare cælestibus, nec audebis te preferre terrenis, quia parente iumentis inuenies, similem recognosces.

Vnus est hominum & iumentorum interitus, et æqua  
lis utriusq; conditio, cum nihil habeat homo amplius iumento, de terra orta sunt, & in terram pariter revertentur. Verba sunt ista non cuiuslibet hominis sed sapientissimi Salomonis. Sic ergo o homo quantūcum q; nobilis diceris, ad hunc mundum uenisti, nec memor es quam uilis origo tui. Forma, fauor populi, fator, iuuenilis opesq;. Subripuere tibi, noscere, quid sit homo. Nunc attende secundo, o homo quid es. Audi de hoc stellam doctorum Augustinū, ita de seipso dicentem: Heu miser quid sum ego? Sum uas sterquilini, concha putredinis, plen<sup>9</sup> fætore & horrore, cæcus, pauper, nudus, plurimis necessitatibus subditus, ignorans introitum & exitum meum, miser & mortalis, cuius dies sicut umbra præterire, cuius uita sicut lana evanescit, sicut flos in arbore crescit & statim mortescit. Sum terra miseriæ, filius iræ, uas aptum in contumeliam, genitus per inmundiciam, uiuens in miseria, moriturus in angustia. Item Bernardus: Quid aliud est homo quam sperma fætidum, saccus stercorii, cibus uermium? Si diligenter confideres, quid per os, partes, ceterosq; tuī corporis meatus egrediatur uilius

Eccles. 3

Stella doctio  
rū A ugust-



stege

## SPECULVM

Job. 13

herquilihū nūmquā uidisti. O uilis conditionis  
 humanae indignitas, herbas & arbores inuestiga. Illæ  
 de se pro ducunt flores, frondes, fructus, et tu de te lenti-  
 des, pediculos, et lumbricos. Illæ de se fundunt oleum,  
 uinum, & balsamum, & tu de te iputum, urinam, &  
 sterlus. Illæ de se spirant suauitatem odoris, & tu de te  
 reddis abominationem foecoris. Qualis est arbor, ta-  
 lis est fructus eius. Nō enim potest arbor mala fructus  
 nisi arbor euersa. Cuius radices sunt crines, trunco  
 caput cum collo, stipites est pectus cum alijs, ramis sunt  
 ulnæ cum tibis, frondes sunt digiti cum articulis. Ho-  
 mo est folium quod a uento rapitur, & stipula qua a  
 sole siccatur. Vnde beatus Job ait: Homo natus de mu-  
 liere repletur multis misericordiis. Qui quasi flos egreditur  
 & constellatur. & fugit uelut umbra, & nurquam in eo  
 statu permanet. Hinc & deus ait ad hominem: Ci-  
 mento queso quod sicut lutum feceris me, & in pulue-  
 rem reduces me. Quid ergo lutum superbis de quo pul-  
 vis extolleris? Vnde cimis gloriaris cuius coceptio cul-  
 tuam preciosissimis rebus impinguas & adornas, quā post  
 manam uero tuam non ornas bonis operibus, quæ deo-  
 presentanda est & angelis in celis. Quare anima tua  
 uili pendis & ei carnem præponis. Dominum ancilla-  
 bes inimicum domesticum amicum aduersarium qui  
 malum pro bono reddit, & sub specie amicitiae crude-  
 lior existens inimicus. Hic hostis est caro tua infelix et  
 inimicum pessimum contra te erexitur. Hanc cum pauci ini-  
 10

hostem crudelissimum contra te armasti. Hanc cum  
 foris uarijs & preciosis indumentis induisti, omnibus  
 caelestibus ornamentis te spoliasti. Considera tertio er-  
 go & attende, o peccator, quid eris post hanc uitam?  
 Eris reuera cadaucr miserum & putridum, & cibus  
 uermium. Inspice sepulchra eorum qui morte corpo-  
 ris hinc exierunt, & nihil inuenies in eis nisi cinerem  
 & uermem, & factorem & horrorem. N  
 Quod tu es illi  
 fuerunt, & quod ipsi sunt, tu eris. Homines fuerunt si-  
 tut tu, comedenter, biberunt, riserunt, duxerunt in  
 bonis dies suos, et in puncto ad inferna descenderunt.  
 Hic caro eorum uermibus & illic anima ignibus de-  
 putatur, donec rursus infelici collegio colligati sem-  
 piternis inuoluantur incendijs, qui soçii fuerunt in u  
 enijs. Vna namq; pœna implicat, quos unus amor in cr  
 mine ligat. Quid profuit illis inanis gloria, breuis læ  
 ticia, mundi potentia, carnis uoluptas, falsæ diuitiae,  
 magna familia, & mala concupiscentia? Vbi risus, u  
 bi locus, ubi iastantia, ubi arrogantia? De tanta latri  
 tia quanta tristitia, post tantillam uoluptatem tam  
 grauis miseria, de exultatione ceciderunt in grandem  
 ruinā & magna tormenta. Quicq; illis accidit, tibi acci  
 dere potest quia hō es, homo de humo limus de limo.  
 De terra es & de terra uiuis, & in terrā reuerteris quā  
 do ueniet dies ultima, quæ subito ueniet & forsitan  
 hodie erit. Certum est enim, quod moriris, sed incep  
 tum, quando, aut quomodo, uel ubi, quoniam mors  
 ubique te expectat. Tu quoque si sapiens fueris, ubi  
 que eam expectabis. De his etiā mundi amatoribus  
 sic dicit Isidorus: Dilectissimi pensare debemus, quā  
 breuis est mundi felicitas, quam modica est huius  
 seculi gloria, quam caduca & si agilis est tempora  
 lis potentia. Dicat enim qui poterit, ubi sunt reges?

O

n

ub

## S P E C V L V M

ubi prīncipes? ubi imperatores? ubi rerum locupletes?  
ubi potētes seculi? ubi diuites mundi? Quā' umbra trā-  
sierunt & uelut somnium euanuerunt, queruntur &  
non sunt. Quid dicemus ad hæc? Reges obierunt &  
principes mortui sunt, multi i tamen putant diu inue-  
re, & quasi nunq̄ morte cadere de præsentī uita. Certe  
non sic imp̄i, non sic. Vos autem sicut homines mo-  
riemini, & sicut unus de principib⁹ cadetis. Adhuc  
de conditione hominis post mortem, sic dicit beatus  
Bernardus: Quid fœtidius humano cadauere? qd hor-  
ribilis mortuo homine? Cuius in uita erat gratissi-  
mus amplexus, fit in morte horribilissimus aspectus.  
Quid ergo prosunt diuitiæ? quid deliciæ? quid hono-  
res? Diuitiæ non liberant à morte, nec deliciæ à uermi-  
bus, nec honores à sc̄tore. Item dicit Chrysostom. de  
eodem sic: Quid profuit illis, qui in luxuria corporis  
& in præsentis uitæ uoluptatiœ usq; ad diem ultimū  
permans̄ runt. Intuere nunc sepulchra eorum, uide si  
est aliquod iactantiæ uestigium in eis, si aliqua diuiti-  
arum uel luxuriæ signa cognoueris. Requiere ubi nūc  
nestes & ornamēta tam pulcherrima. Vbi nunc & spe-  
ctaculorum uoluptas, ubi assedorum turbæ & conui-  
uiorum cessit opulentia. Risus iocus & immoderata  
lætitia atq; effrenata, quo abiit? quid recessit? ubi illa  
nunc & ubi ipsi? Quis finis utrorumq; Intuere diligē-  
ter, & accede proprius ad singulorum sepulchra, uide  
cineres solos & fœtidas uermium reliquias, & recor-  
dere charorum hunc esse finem, etiam si in lætitia &  
delitijs, etiam si in labore & cōlentia transigerunt  
hic uitam. Ecce dilectissime mihi, iam legisti, iam uidi  
si in hoc capitulo ex uerbis sanctorum, quid fuisti  
ante ortum, quid es in præsenti uita, & quid eris post  
hanc uitam. Vtinam circa hæc tria iugi meditatione  
merita

uerseris. Infelices quippe filii Adam omissis ueris & sa-  
lutaribus studiis, caduca potius & transitoria queruntur.  
Sed tu charissime ruminans in corde uilitatem tuam  
& miseriam, secundum exteriorum hominem sectare  
humilitatem, fuge superbiam, sciens quod superbia  
est signum, quo diabolus distinguit suos ab aliis. Vnde  
de Iob: Ipse est rex super omnes filios superbie. Vnde  
Greg. Evidenter signum reproborum superbie,  
electorum humilitas. Quod si quis habeat, cognosci-  
tur sub quo rege sit uel militet, scilicet utrum sub re-  
ge Christo an diabolo. Isidorus: Anima superbie ad eo  
derelinquitur, & fit demonum habitaculum. Ecclesiasti-  
cus: Odibilis deo & hominibus superbia, ut patet, quia  
superbia luciferum de celo eiecit, Adam de paradyso  
depulit, Pharaonem & exercitum eius submersit, Sa-  
ul de regno eiecit, Nabuchodonosor in bestiam trans-  
mutauit. Propter superbiam Antiochus male moriu-  
us est, Herodes ab angelo percussus.

Eccl. 12.

*De peccato in communi & quanta per pec-  
cata incurrimus spiritualia detrimen-  
ta sive damna.*

CAP. II.

**Q**VI facit peccatum a diabolo est, qui peccat  
ab initio. Scribitur enim in prima canonica  
Ioannis: peccatum est omnis graue, quod celum non susti-  
nuit, nec terra ultimo sustinebit, sed detrudet in infer-  
num cum autore suo. Et secundum August.  
quod peccatum est omne dictum factum uel concipi-  
tum contra legem dei. Debet autem quilibet bonus ritio secun-  
dum Christianus q[uod] saluari desiderat summo studio & sum-  
dum Augustinus diligentia, omne peccatum uitare, & hoc prae-  
stimum.

Cap. 3.

O iii pue

## S P E C U L U M

Propter tria. Primo, quia deo summe displicet, se-  
cundo quia dæmonibus ualde placet, tertio homini  
summe nocet. Duxi tibi primo, o in felix peccator, qd  
debet summa diligentia uitare omne peccatum, quia  
deo creatori tuo summe displicet. Ad hoc sciendum,  
debet cogitare quid deus fecerit propter odium pec-  
cati. Ipse enim propter peccatum fere semel dissipauit  
omnia opera sua, scilicet, totum mundum per dilu-

Genes. 7.

Sapien. 14

Mate. 5.3

gue propter tria. Primo, quia deo summe displicet, se-  
cundo quia dæmonibus ualde placet, tertio homini  
summe nocet. Duxi tibi primo, o in felix peccator, qd  
debet summa diligentia uitare omne peccatum, quia  
deo creatori tuo summe displicet. Ad hoc sciendum,  
debet cogitare quid deus fecerit propter odium pec-  
cati. Ipse enim propter peccatum fere semel dissipauit  
omnia opera sua, scilicet, totum mundum per dilu-  
uium. Alij autem reges & potentes in præiudicium ini-  
micorum suorum depopulantur terras eorum, deus  
aut dissipauit terram propria, quia peccatum intrauerat  
terram suam. Item secundo deus non solum odio ha-  
bet peccatum ipsum, sed etiam quicquid peccati tan-  
git. Alij namque homines propter uinum corruptum  
non proiiciunt in mare uasa aurea uel argentea, sed ser-  
uant uasa & uinum effundunt, deus autem non solum  
peccatum sed etiam uasa peccati, scilicet creaturas ra-  
tionales, id est, animas ad imaginem suam factas, &  
suo precioso sanguine redemptas, in odium peccati  
proiicit in oceano infernali. Quia ut dicitur Sapien-  
tiae decimoquarto: Odio sunt deo impius & impietas  
eius. Vnde deus non habet tam bonum amicum nec in  
caelo, nec in terra, quem non haberet odio usq; ad mor-  
tem, si inueniret in eo uel unum peccatum mortale. Vn-  
de Petrus, licet ardentius amaret Christum quam ca-  
teri Apostoli, tamen Christus eum condemnasset, si des-  
cessisset in peccato trinitatis negatiis. Tertio quatuor de  
odiat peccatum ostenditur per hoc, quod propter pecca-  
ta mundi suum innocentem unigenitum interfecit. Va-  
de dicit: Propter scelus populi mei perfusus es. Et ipse met  
dei filius ut peccatum interficeret et occideret, tradidit  
in morte animam suam, ut dicit similiter Isaig. 53. Nullus  
autem

aut inuenies qui tantum odit inimicū suū, q̄ in eius odio  
 uellet interficere unigenitū propriū uel etiā scmetipm  
 Quarto per hoc ostendit, quia deus persecut⁹ est pecca-  
 tū ab initio in tm, quod piecit ipm de caelo. Et uidens  
 quod remanserat in terra scilicet in mundo, ipse in  
 sp̄ria persona descendit in mundū, ut de ipso fugare  
 peccatū, & tandem in die iudicij p̄sciet & claudet ipsum Mich. ult.  
 In infernū Vnde Micheas. Projicit in profundū ma-  
 tris omnia peccata uestra. Quinto, quam summe deus  
 odiat paccatum patet per h̄ac similitudinem, quia bo-  
 na mater uideretur multū odire illud, propter quod  
 puerum suum proīceret in cibarium ardente, nec  
 unquam eum inde extraheret: Sic deus propter odi-  
 um peccati filios suos, quos tantum dilexit quod pro-  
 illis mori uoluit, in ignē inextinguibilem proīciet, si  
 inuenerit in eis peccatum mortale, Sic ergo o pecca-  
 trix anima legisti, quantum deus odio habeat pecca-  
 tum. Tu igitur si ei placere cupis, oportet te summe ui-  
 tare illud, ita ut timor locum habeat in te. Mulier e-  
 nim esset multum infidelis, quæ illum cubaret in le-  
 go suo, quem uir suus odit, & per quem multa ma-  
 la uiro suo euenerunt: Sic certe peccatum est, quod sum-  
 me odit Christus animarum sponsus & per quod mul-  
 ta mala sibi acciderunt, & tandem ipsa mors: Mortu-  
 us enim est propter delicta nostra secundum Aposto-  
 lum. Et ideo est ualde infidelis erga Christum, qui re-  
 cipit peccatum in corde suo. Propterea charissime iu- Eccl. 8. 9.  
 xta admonitionē sapiētis, ab omni delicto mūda cor  
 tuū. Dixi secundo, qd debes summa diligētia uitare oē  
 peccatum maxime mortale q̄a summe diabolo placet, &  
 maleficiat. Et hoc potest p̄bari triplici signo. Pri-  
 mū est, q̄a in nullo alio delectat. Nā nō uult aliud bal-  
 124. Non querit aurum uel argētum. Nam Gen. 3. 19.

## S P E C V L U M

dicitur in persona eius. Da mihi animas, cætera tolle  
tibi Vnde Gregorius ius. Nihil se fecisse estimat, cū ani-  
mas non sauciat. Sicut enim avis rapax amat cor pro-  
dæsic diabolus cor hominis. Secundum signum, qd  
diabolus summe amat peccatum patet ex assidua eius  
tentatione, & quia in procurando peccatum nunquam  
fatigatur. Nam sex milia annorum sunt & amplius,  
quod nihil aliud fecit quam procurare paccata. Ideo  
quando dominus interrogavit eum dicens: Vnde ue-  
nis, respondit, Circui terram & perambulaui eam.  
Tantum est occupatus in negocio peccatorum, quod  
non licet ei somnum capere. Iuxta illud Job . Qui me  
comedunt, non dormiunt. Tertium signum, quod  
peccatum summe diabolū latificat est, quia nanquam  
potuit uel poterit satiari pro peccatis. Nā infinita mi-  
lia hominum peccatorum iam deuorauit, & tamea  
adhuc famelicus est: & sicut leo circuit quærens quē  
deuoret. Et non solum famelicus est, sed sitibundus.  
Job sexagesimo. Absorbebit fluuium & non mirabi-  
tur, & habet fiduciā, quod influat Jordanis in os eius,  
id est, in infernum. Fluuius quem absorbet diabolus  
non miratur, sunt peccatores cum impetu currentes  
in os eius. Jordanis uero, qui interpretatur humiliis  
descensus, sunt iusti quieti & pacifici, quos diabolus  
summe desiderat absorbere. Exemplum habetur in  
Vitis patrū de capitulo dæmonum, & singulis dæmo-  
nibus, de peccatis & malis quæ procurauerunt reddē-  
re laudatus & honoratus à principe eorum & in cathe-  
dra collocatus, quia fecerat fornicari unum mona-  
chum, quem in quadraginta annis uix traxerat ad pec-  
catum. O ergo peccatrix anima plora amare, eo quod  
totiens latificasti in te inimicos tuos, scilicet dæmo-  
nes.

Job. t

Job. 30

i.Petri. 5

Job. 40

Job. 40

## SECVLARIVM Fol. 109;

Nesciens certe quotiens peccasti mortaliter. Et de  
 cetero per puram coniunctionem & dignā p̄nitentiā  
 fac gaudere super te dēū tuū & angelos eius, Scriptum  
 est enim. Gaudiū est Angelis dei super uno peccatore  
 p̄nitentiā agente. Dixi tertio, o peccator, quod toto Luc. 15 15  
 studio tuo debes uitare omne peccari, quia tibi summa  
 me nocet. Nam primo propter peccatum mortale se-  
 paramur ab amore dei & efficiuntur eius inimici. Iux-  
 ta illud. Isaiæ. Iniquitates nostræ diuiserūt inter nos Isaiæ. 19  
 & dēū, & peccata nostra prohibuerunt faciē eius à no-  
 bis. Vnde non est alius sanctus ita magnus in coelo,  
 quantūcumq; sit amicus dei, si posset & peccaret mor-  
 taliter, quin statim amicitia dissolucretur. Aug. Qui  
 peccat in amicum uerissimū & fidelissimū dicitur ui-  
 tuperabilis, qui uero peccat in deum omnipotentissi-  
 mū & pr̄issimū, quomodo nō erit abominabilis? Secun-  
 do per peccatum obligatur peccator & adiudicatur  
 patibulo inferni. Vnde secundum institutionē diuīnē  
 legis, à qua non multā discrepat lex humana, omnes  
 regalis decreti trāsgressores uel maiestatis regiæ con-  
 temptores, id est, omnes peccatores mērentur interi-  
 resuspendio, secundum quod significatur secundo Es-  
 dræ, in decreto Darij ubi sic dicitur: Denuncietur, ut 2. Esd. 17  
 quicunque transgressi fuerint aliquid ex his quæ scri-  
 pta sunt quantū ad peccatū commissionis, aut spreue-  
 rint quantū ad peccatū omissionis, accipiatur lignu-  
 s de suis propriis, quia de horto propriez conscientiæ.  
 ibi enim crescit lignum quo peccator suspenditur, &  
 suspendatur, bona quoq; sua regi ascribant. Similiter  
 enim cedit ad gloriam regis cælestis pena reprobo-  
 rum, sicut gloria bonorum. Ecce charissime quid lex  
 humana corporaliter facit, hoc spiritualiter lex diui-  
 na. Simile fere legitur Hester. .7. Dixit rex: Suspendi-

## SPECVLVM

¶ Aman in patibulo . Aman interpretatur iniquus &  
per hunc peccator intelligitur, quem rex cælestis iu-  
hebit suspendi in patibulo inferni, si eum in peccato  
mortali inuenerit. Tertio peccatum spoliat hominē  
omni bono gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro,  
proverbiorum, 14 Miseros facit populos peccatum.  
Est enim peccator pauper quia nihil habet, immo per  
peccatum mortale seipsum amarit, & in seruiturem dia-  
boli transiit. Pauperior, quia nihil potest lucrari, eo  
quod opera meritoria deo grata in tali statu facere  
non potest. Sed pauperrimus, quia nihil potest ei dare  
Nam bona facta non prosunt ei pro ipso ad salutem,  
quia nō uiuit nisi quo ad eos. Vnde dicit Boethius  
quarto libr. de conso. Homo prauus non est homo, ni  
si sicut homo mortuus. Quarto per peccatum sepe-  
mar à lumine deiformi et excœcamur atq; obtenebra-  
mur. Vnde Sophonias. Ambulabunt ut cæci, quia do-  
mino peccauerunt. Et in psalmo: Nescierunt neque in-  
tellexerunt, in tenebris ambulant. Vnde Hieronymus:  
Deprimitur plane anima per peccatum interius, ne  
ualeat respicere superius. Quinto peccatum est si-  
cūt putredo in pomo. Sicut enim putredo aufert po-  
mo ualorem, decorem, colorem, odorem, & sapo-  
rem; sic peccatum mortale aufert anima decorem  
uite, odorem famæ, ualorem gratiæ, colorem formæ,  
& saporem gloriæ. Vnde putredo est omne peccatum.  
Nam de eo dicitur in Isaia. Qui facit illud, luto uilio-  
rit uira eius. Et Augustin. Tolerabilius canis putridus  
fuerit hominibus, quam anima peccatrix deo. Idem  
in quodam sermone de eodem sic ait: Per quæ uerba  
quendam lubricum a peccato retraxit. Quid prodic  
plena arca, si inanis est conscientia? Bona uis habere  
de bonus esse non uis. Non uides erubescere te debere  
de

Boethi.

4°

Sophio. 5.

5°

Isaiae. 15.

M M

de bonis tuis, si domus tua plena est bonis, & te habet malum. Quid enim est quod uelis malum haberet Dic mihi . Nihil omnino. Non uxorem, non filium, non seruum, non uillam, non tunicam, postremo non caligam, & tamen uis habere malam uitam. Rogo te, præpone uitam tuam caligæ tuæ. Omnia quæ circumiacent oculis tuis elegantia & pulchritudine, tibi cara sunt, & tu ipse tibi uilis & fecundus es. Si possent tibi responderem bona tua quibus plena est domus tua, nonne tibi clamarent: Sicut tu nos bona uis habere: sic nos & uolumus habere bonum dominum. Tacita uoce interpellant dominum deum tuum contra te. Ecce tanta bona dedisti huic, & ipse malus est. Quid enim possedit ei quod habet, quoniam cum qui omnia dedit non habet. Hæc Augustinus. Sexto ex peccato nascitur bestialitas carnis. Vnde Boethius. Homo bonus probitate deserta in beluam conuertitur. Et philosophus septimus Ethicorum, quod talis peior est quam bestia. Et ideo Petrus & Iudas Apostoli, peccatores comparant multis pecoribus. Et David concordat eisdem dicens: Homo cum in honore, id est gratia gratum faciet, et se non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Septimo & ultimo ex peccato nascitur diabolus. Primæ Ioannis 3. Qui facit peccatum a diabolo est. Gregorius secundo moralium dicit Diabolus mentes peccatorum quos tentat, & ad consensus & operationem perducit, ingreditur, ibique moratur. Pro his omnibus, o infelix peccator, miserere animæ tuæ, & noli inducere super eam hæc quæ legisti tam mala, scilicet offendit dei, letitiæ inimici, & dannosa prius. Agnosce hunc, quoniam nobilis est anima tua, & quoniam fuerit eius uulnera, pro quibus necesse fuit Christum dominum vulnerari. Si non essent hæc ad mortem sem

4. de consensu.

7<sup>o</sup>

## SPECVLVM

sempiternam, nunquam pro eorum remedio dei filius moreretur. Noli ergo uilipendere animæ tuæ passiōnem, cui a tanta maiestate tantam uides exhiberi cōpassionem. Fudit ipse lachrymas pro te, laua & tu per singulas noctes lectum tuum cordis compunctione, & lachrymarum assiduitate. Fudit ipse sanguinē suum, funde & tu tuum quotidiana corporis afflictione. No li attendere, quid caro uelit, sed quid spiritus poscit. Nam ut dicit Gregorius: Vnde caro ad tempus suauis ter uiuiri, inde spiritus in æternum cruciatur. Et quo plus caro punitur in hac uita, tanto plus anima gaudebit in futura uita. Aug. Voluntarie nunc pro Christo postponamus quandoq; dimittenda, ne qd absit pro transitoris amittamus æterna. Si enim tibi diceretur sis toto hoc mense diues & potens & fac quicquid uelis, utere carnis uoluptatibus sicut placet, ea tamē cōditione ut postea tibi oculi eruantur, omne solarium tollatur, toto tempore uitæ tuæ in fame & siti, in omnī cruciati uiuas & miseria, nunq; tale bonū hoc tempore susciperet. Et quidem tota uita hæc nec mensis est, nec unius diei uel horæ spacium, ad illius infelicitatis æternæ inferni cōparationem, cui neq; finis est.

De pœnitentia cito facia  
enda.

CAP. III.

**Q** VI nō accipit crux suam & sequitur me non est me dignus, inquit saluator Matthæus decimo. Per hanc crux pœnitentia designatur, quæ necessitate quilibet peccator debet suscipere & per

## SECVLARIVM Fol 110.

Seueranter tollere, si in æterna beatitudine cum Christo  
 sio cupiat regnare. Vnde Hieronymus in epistola ad  
 Susannam. Necessaria est pœnitentia, quæ aut æquet  
 crimina aut certe excedat. Et Augustinus: Quisquis August.  
 saluari desiderat, quicquid sordis post purum baptis-  
 tum contraxit, oportet quod abluat, saltem lachry-  
 mis mentis. Sed forte dicis: Durus est hic sermo, non  
 possum mundum spernere, & carnem meam odio ha- Hieton.  
 bere & castigare. Audi non meam sed gloriose Hiero-  
 nymi super hoc responsionem: Impossibile est, inquit,  
 ut quis præsentibus & futuris fruatur bonis, ut hic  
 ventrum ibi mentem impleat, ut de delicijs ad delici-  
 as transeat, ut in utroq; seculo uidelicet cælo & terra  
 appareat glorus. Quam Hieronymi sententiā Gre. Gregō.  
 Gorius confirmat ita dicens: Multi cupiunt auolare de-  
 miseria præsentis exilii ad gaudia cæli, sed nolunt ca-  
 tere oblectamentis mundi, uocat eas gratia Christi,  
 sed reuocat eos cœcupiscentia seculi. Pierique cupiunt  
 mori morte iustorum, sed nolunt uiuere uita eorum:  
 & hi in æternum peribunt, nam opera illorum sequū Ber. Bern.  
 tur illos. Itē Bern. Austeritas cœuersationis sancti Ioā-  
 nis baptist. peccatoribus deliciosis durus nūcius est q.  
 ternę mortis. Quid enim nos irrationales fere reptilia  
 terræ insanimus, cum ille quo inter natos mulier um-  
 nemo maior surrexit, innocensissimum corpus suum  
 sic affixit, & nos indui præciosis uestibus festinamus,  
 & splendide laute & delicate epulari. Non sic imp̄i nō  
 sic itur ad astra. D. niq; recordare parabolam Lazari  
 & diuini illius, qui opum tātarum dominus, qui pura  
 & diuitis indutus, unā aquæ guttam inuenire non  
 potuit ex hoc, cum esset in ardoris necessitate consi-  
 cutus. Hæc recordare mi amice, & age pœnitentiam,  
 dum tempus est. Nam, ut inquit Gregorius, deus & si  
 pœnitia

## S P E C U L U M

Pœnitentia ueniam spopondit, peccanti tamen dic ergo  
Pœnitia deſtinum non promisit. Pœnitentia est perpetrata malis  
Enitio ſecū- plangere, & plangenda iterum non committere, id est,  
dū Gregor. propositum committendi non habere. Vnde Augustinus in Soliloquitis: Inanis est pœnitentia, quam fequuntur  
coquinat culpa. Nihil profundunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil ualeat à malis ueniā poſcere, & ma-  
la denuo iterare. Tres autem ſunt partes integræ  
les pœnitentiae, ſcilicet cordis contritio, oris confeſſio,  
operis ſatisfactione. Quia enim deum tribus modis of-  
fendimus, ſcilicet delectatione cogitationis, impuden-  
tia locutionis, & superbìa operis ſecundum regulam,  
ut contraria contrarijs currentur, tribus modis oppo-  
ſitis ſatisfaciamus, delectationi cogitationis oppona-  
mus contritionem, impudentiæ locutionis confefſio-  
nem, superbìæ operis ſatisfactionem. De contritio-  
ne primo uideamus. Contritio eft dolor pro peccatis  
aſſumptus, cum proposito abſtinenti, confeſſandi & fa-  
tiſfaciendi. Iſte dolor ſicut dicit Bernar. debet eſſe tri-  
plex, ſcilicet acer, acrior, acerrimus. Acer debet eſſe,  
quia dominum deum noſtri & omnium creatorēm  
offendimus. Acrior, quia patrem noſtrum calefitem  
q[uod] nos multiplicitate paſcit, impugnauimus, & in hoc  
peiores canibus fuimus, qui paſcentem ſe diligunt &  
ſequuntur. Acerrimus uero, quia redemptorem no-  
ſtrum, qui nos redemit per proprio ſanguine, & à pecca-  
ti uinculis liberauit, & à crudelitate dæmonum, &  
acerbitate geennæ potenter eripuit, quantum in no-  
bis eſt, iterum crucifiximus. Sed & de tribus debemus  
dolere, ſcilicet de commiſſo peccato, de omiſſo bo-  
no, & de amissio tempore. De uirtute huius contrito-  
bi, quam totius mundi peregrinatio. Item quædam  
gloia

### Contritio quid.

glossa super Psal. Ad dñm cum tribula. Nescit dominus differre, quem compunctū corde sibi tenserit supplicare: Chrysoft. Sola est compunctionis qua facit animam horrescere purpuram, desiderare cilicium, amarre lachrymas, fugere risum. Item: Nihil ita glutinat & unit nos deo, ut lachrymæ pœnitentis. Econtra uero ut ait Augu. Aciores diabolo dolores non infigimus, quā cū plagas pectorū nostrorū confitendo & perniciose sanamus. Sed heu cū tanta bona per pœnitentiam cōsequamur, pauci tñ pœnitentiā agunt. Ideo conetur queritur dñs per Hieremiā dices: Nem o qđ bonū est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiā sup pccō suo dñe tens, quid fecit? Nunc de secundo scilicet de confessione videamus. Confessio secundum qđ cōiter describitur: est legitima corā sacerdote pccōrū declaratio. Et dicitur confessio quasi simul uel ex toto uel undiq; fas-  
 Cōfessio unde  
 sio. Nā ille uere cōfitetur, qui totū fatetur. Vel sic secessit de dicta.  
 dum Isidorū in lib. etymologiarū. Confessio est, p quā latens morbus r̄iz̄ sub spe uenire cōsequendæ, in dei laudē aperitur. De uirtute cōfessionis sic dicit Ambro-  
 sup. Beati immaculati: Cessat uindicta diuina, si cōfes-  
 sio pcuri at humanæ. Et Cassiodorus super illud Psal.  
 Confiteantur tibi populi deus: Illis non iudex, sed ad-  
 vocatus est Christus, q̄ se propria confessione dāna-  
 tunt. Leo papa: Non remanet iudicio cōdēnandū, qđ fuerit confessione purgatū. Et Augusti. in lib. de penitentia: Confessio est salus animarū, dissipatrix uirio-  
 rum, restauratrix uirtutum, expugnatrix dæmenti.  
 Quid plura: Obstruit os inferni, portas aperit paradisi.  
 Pro his omnibus, o charissime, iuxta consilium Isaiae,  
 dic tuas iniquitates ut iustificeris. Initium enim iusti-  
 tia, confessio est peccatorum. Oportet autem te confite-  
 ti via pccati tua, quorum memoriā habes integrę uni-  
 sacerdotem.

## S P E C V L V M

sacerdoti non diuisim , ita ut unam partem de peccatis tuis dicas uni sacerdoti , alteram alteri , quia tunc neuter sacerdos potest tibi conferre remedium salutis , quia sacramentum debet habere unitatem & integratatem , aliter non esset confessio sacramentalis . Ideo dicit Bernardus . Qui confessionem suam diuersis sacerdotibus diuidit , uenia carct . Execranda namque fictio est peccata diuidere , & superficietens radere , non intrinsecus eradicare . Et tales accipiunt excommunicacione pro absolutione , & maledictione pro benedictione . Talis diuisio confessionis fit saepius per hypocritam , quando grauiora peccata dicunt ignotis sacerdotibus , & illi cum quo debent saepius conuersari , dicunt solum leuiora . De talibus dicit Augustinus & ponit in decretis . Qui confessione diuidit , laudandus non est , quod uni celat alijs reuelat , quod est seipsum laudare & ad hypocrisim tendere . Sequitur de tertia parte paenitentiae , scilicet de satisfactio[n]e . Satisfactio secundum August . Est peccatorum causas excidere , & eorum suggesti onibus aditum non indulgere . Nam ut dicit Gregorius , Nequaquam satisfacimus si ab iniuitate cessationis lametis insequamur . Et ut dicit Chrysostomus . Quia precessit offensio , talis debet sequi recollectione . Tanto esto pronus ad lamenta , quanto fusti pronus ad culpam . Qualis tibi fuit ad peccandum intentio , talis tibi sit ad penitendum deuotio . Grauia peccata grauia lamenta desiderant . Quia , ut ait Eusebius Emissarius episcopus , non leui contritione agendum est , ut debita illa redimantur quibus mors eterna deberur , nec perfundiora opus est satisfactio[n]e pro malis illis propter quae paratus est ignis eternus . De eodem sic dicit Sanctus Basilius in omelia . Grande alicui peccatum & graue

Satisfactio  
quid .

Euseb . emiss.

Graue commissum est, grandi sine dubio confessione  
 indiget pœnitentie: Multis & amaris lachrymis intentis  
 per noctatisq; uigilijs, iug:bus continuatisq; ieunijs.  
 Si leue est delictum, par commissi sit & similis pœnitentia.  
 Petrus quoq; Bleſen. quendam conuertum minus  
 iuste pœnitentem sic hortatur de hoc: Verbum illud sa-  
 pientis, à tuæ ſinu memoriae non excidat, fili mi. De  
 induito & propiciato tibi peccato ſemper ſis ſolicitus.  
 Sunt enim pleriq; qui ad perfectū pœnitentiaſ ſibi ſuf-  
 ſicere credunt, quod à ſua turpitudine deſtituerunt, nec  
 recolunt excessus ueteres, quaſi ſpatio tēporis euane-  
 tint, & ſola obliuione credunt le cum domino ad ple-  
 num de ſuis iniquitatibus tranſegiſſe. In persona hui⁹  
 pœnitentis Iob ad dominum loquens dicit: Signasti Iob. 144  
 quaſi in ſacculo peccata mea. Non tam facile fine ſietu-  
 & gemitu & cordis acerbo dolore ſanantur, qui coa-  
 luerunt in medullis præcordiorum, nec leviter culpa  
 remittitur, niſi cum quantitate peccati humilitas pœ-  
 nitentiaſ compenſetur. Sed heu multi ſtatim fatigan-  
 tur in hac uia ſatisfactionis & retroſpiciunt cū uxore  
 Loth. Contra quos ſic dicit Bernardus in quodam fer-  
 mone: Qui perfecte ſenſerit onus peccati & anima læ-  
 tionem, ille aut parum ſentiet aut omnino non ſen-  
 et corporis pœnam, nec reputabit laborem, quo pec-  
 cata nouerit deleri præterita & caueri futura. Et Au-  
 gust. ſuper Psalm. quinquagesimum: Sunt multi quos  
 peccare non pudet, agere pœnitentiam pudet. O incre-  
 dibilis infania. De uulnere non erubescitis, de ligatu-  
 ra uulneris erubescitis. Nonne uulnus fœtidius & pu-  
 tridius eſt? Confuge ergo ad medicum, age pœnitentia-  
 am, dic iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum  
 meum contra me eſt ſemper, tibi ſoli peccaui, quia tu  
 ſolus ſine peccato eſt. Consiftit autem ſatisfactio in

P tribus

## SPECVLVM

Satisfactio tribus, scilicet in oratione, eleemosyna & iejunio, ut  
in tribus cō iste trinarius contra istum nepharium diaboli trina-  
sustit.

*Hoc de eleemosyna*

contra carnis concupiscentiam, eleemosyna contra au-  
taritiam. Vel sic: Omne peccatum uel in deum com-  
mittimus, & contra hoc ordinatur oratio, uel in pro-  
ximum, & contra hoc eleemosyna, uel in nosiplos, &  
contra hoc ordinatur iejunium. Hic propter pau-  
peres Christi modicum de uirtute eleemosynæ tanga-  
mus. Eleemosyna componitur ab elemosynæ, quod est  
misericordia & syna, quod est mandatum, id est man-  
datus misericordia. Et secundum hoc scribitur per  
e. Sed melius scribitur per i. & tunc dicitur eleemosyna  
ab eli quod est deus & syna. Inde eleemosyna quasi man-  
datū dei. Ipse enim proprio ore eam mandauit fieri.  
Vñ in Luc. Date eleemosynā & ecce omnia mūda sunt  
uobis. Vel dicit eleemosyna ab eil qđ est deus & moys,  
quod est aqua, inde eleemosyna quasi aqua diuina. Si-  
cuit enim aqua extinguit ignem: sic eleemosyna ex-  
tinguit peccatum. Hæc Catholicon. Sunt autem  
præcipue tria quæ nos ad eleemosynas siue ad opera  
misericordia exerceenda debent prouocare. Primum  
est quia misericordia redimit culpā, iuxta illud in Pro-  
verbij: Misericordia & ueritate redimitur iniq[ua]ritas.  
Et Danielis quarto: Peccata tua eleemosynis redime.  
Hoc pulchre figuratum est quarti regum capite quar-  
to, ubi scribitur quod mulier quæ congregauit in do-  
mo sua uasa uacua non pauca, parum olei quod ha-  
buit in omnia uasa diuisit, & sic creuit oleum, per quod  
mulier a creditore liberatur. Uasa uacua sunt paupe-  
res, quos in domo debemus congregare. Sicut Isaías  
scribit capite quinquagesimo quarto: Egenos uagolosq[ue]  
induc in domum tuam. Parum autem olei per omnia  
uā-

*Era st ad elemo-  
syna puerina  
p. 7*

Prou. 16.

usus distribuitur. Juxta illud Tobiae: Si exiguum tibi <sup>Tob: 4.</sup>  
 fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Inde  
 cum oleum misericordiae crescit per meritum & gra-  
 tiam anima peccatrix creditori suo deo de peccatis  
 suis satisfacit. Secundo eleemosyna bona tempo-  
 ralia multiplicat. Vnde Gregorius in Dialogo: Ter-  
 renæ substantiae per hoc quod pauperibus distribu-  
 untur, multiplicantur. Exemplum habemus tertio Re-  
 gnum decimo octavo, in uidua quæ Heliam pruit, cui  
 propter hoc dominus farinam & oleum multiplica-  
 uit. Per quod datur intelligi, quod pauperes magis  
 pascunt eleemosynarios quam econtra. Tertio ele-  
 mosyna siue opus misericordiae in morte eleemosy-  
 narium custodit, & animam eius cum claritate ad re-  
 gnum cælorum perducit. Vnde dicit Ambrosius. So-  
 la misericordia comes est defunctorum. O quam bo-  
 nus, quam necessarius comes est morienti eleemosy-  
 na. Noli ergo dilecte famulum talem aduocatum  
 post tergum derelinquere, sicut illi qui res suas auare-  
 retinētes, nihil in uita sua per manus proprias paupe-  
 ribus distribuunt, sed eas post uitam per manus aliena-  
 das dispensandas disponunt, similes illi qui post ter-  
 gum vult portare lucernam, cum tamen dicit ecclesia  
 fucus: Ante languorem adhibe medicinam, Idem: An-  
 te mortem benefac amico tuo, id est animæ tutæ, Vel  
 Christo in membris suis, scilicet pauperibus. Præterea  
 est sciendum quod diues a quo peritur eleemosyna de-  
 bet considerare tria. Primo quis eā petit, quia ipse met  
 dominus. Deus enim tantum diligit pauperes, quod  
 quicquid sit eis propter amorem suum reputat sibi  
 factū. Vnde scribitur Matthæi uigesimo quinto: Quic  
 quid fecistis uni ex his fratribus meis minimis mihi  
 fecistis. Petit ergo eleemosynam per pauperes suos deus

P. in aquo

## S P E C V L V M

**A** quo diues in oratione sua quotidiana petit regnum.  
Et ideo cum pauperi negat diues elemosynam, time  
re debet quod deus non exaudiet eum, cum petiti ab eo  
regnū cælorum, quia dicit in Proverbiis: Qui obturat  
aurē suā ad clamorem paupis, & ipse clamabit & non  
exaudietur. Debet diues secundo considerare quid pe  
tit deus quā elemosynā in suis pauperibus petiti, petet  
utique non nostrū, sed tuū. Et ideo ualde ingratus est deo  
qui pauperi negat necessariā elemosynā, cum de bo  
nis dei habeat abundantier. Hoc considerauit David q  
dixit: Tua sunt dñe omnia, & quæ de manu tua acce  
pimus, deditus tibi. Tertio debet considerare diues  
ad quid petat deus. Petet reuera per pauperē deus, nō  
ad dandū, sed ad mutuandū, nec tantū ad triples imo  
ad centuplas usuras. Vnde dicit Augu. O homo quid  
sceneratis homini et generare deo tales usuras & centu  
plum accipies, & uitā æternā possidebis. Et idcirco ni  
mis est ingratus qui ac tales usuras non uult accōmo  
dare deo, ad quales mutuaret iudao uel Saraceno.  
Pro his omnibus charissime thesauriza tibi per pau  
peres in cælo tanq; in turo, opera misericordie facio  
do in terra. Cor auari est quasi fouca sine fundo, & q  
plus recipit plus concupiscit ut nunq; uideatur imple  
ta. Iuxta illud Ecclesiastē: Avarus non in plebiūr pe  
cunia. Attende quod cor sequitur thesaurū. Vx aūt se  
li qui in terra thesaurizat, qui p consequens cor suum  
in terra loco rā periculoso exulauit. Illuc ergo dicit  
Chrysost. congrega substantiā tuam ubi patriam ha  
bes, qui enim collocat thesaurum suum in terra non  
habet quod speret in cælo. Ut quid enim aspicit in cæ  
lum, ubi nihil habet repositum. Illud solum tuum res  
puta quod pauperibus erogasti. Non sunt enim homi  
nis bona quæ secundū deferre non potest. Ambrosius:

**Prou. 21.**

**2. Petr. 39.**

**Eccles. 7.**

Nil tantum commendatur quam misericordia charitatis. Non memini me leguisse mala morte mortuum, quamlibet exercuit opera pietatis. Leo papa: Ille ad dominum integrorum fructus praimitit, a quo nunquam pauper tristis recessit. Tanta est uirtus misericordiae, ut si haec aliae uirtutes si sint, procedere non possint. Quan-  
 tis enim quis fidelis sit & castus, sobrius, & alijs maiori-  
 bus ornatus virtutibus, si ramen misericors non est,  
 misericordiam non meretur. Hoc in fauorem pauperum de uirtutibus eleemosynae & operum misericordie dicta sufficiant. Nunc ad propositum redeamus.  
 Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est dignus. Ista crux penitentie assumenda est cito &  
 in tempore iuuenturis, quia tunc deo magis placet &  
 homini magis pdest. Lux illud Ecclesiastici: Memen-  
 to creatoris tui in diebus iuuenturis tuae. Idem: Fili ne-  
 tardes couerti ad dominum, & ne differas de die in die,  
 subito enim ueniet ira illius & in tempore disperdet  
 diabolus immittit homini malam spem longioris uita di-  
 tens: Iuuenis es, diu potes adhuc uiuere, in senectute  
 penitebis & tunc facies penitentiā, & ibis ad con-  
 fessionem. Multi uero credunt isti aduocato, & pro-  
 mittunt sibi longam uitam proponentes se in senectu-  
 te emendare, quos mors repentina rapit & damnantur.  
 Vnde dicitur in Ecclesiastico: Repromissio nequissima  
 multos perdit. Est ergo sciendum, quod talis pro-  
 missio diabolus longioris uitae & in senectute peniten-  
 tia nequam est, quia contra ius & rationem, nequior,  
 quia contra ipsum peccatorem: sed nequissima, quia  
 contra dei bonitatem. Primo, quod sit nequa contra  
 ius & ratione, apparet per tria exempla. Primum est,  
 qui haberet quatuor asinos, & totum onus illorum

P in impo

Ecclesiastico: Memen-

## SPECVLVM

imponeret debiliori omnium, talis contra iustitiam  
& rationem facheret. Sic ille qui totum onus pœnitentia  
peccatorum, quæ commisit in quatuor ætatibus,  
scilicet in adolescentia iuuentute, in uirili erate, & in  
senectute, uale soli senectuti imponere, quando iam  
debilis est, & non potest laborare. Et tales merentur  
maledictionem, sicut dicitur apud Zachariam: Male-  
dictus dolosus, qui habet in grege suo masculū, & im-  
molat debile domino. Sic ille qui fortitudinem sue ex-  
tatis perdit, & debilitatem senectutis proponis im-  
molare domino. Isidorus: Qui tempus congruum pœ-  
nitentiæ perdit, frustra ante dei ianuam cum preci-  
bus uenit. Secundum exemplum est. Ille qui non pos-  
se leuare minus onus, quando fortior est & poten-  
tior, & uellet illud leuare, quando multo maius  
est, & ipse debilior factus fuisset, merito stultus &  
injustus reputaretur. Sic est de illo qui onus peccato-  
rum & pœnitentiæ quando minus est, ipse fortior, sci-  
licet in iuuentute non uult portare, & credit melius  
portare, quando onus fuerit augmentatum. Talis assi-  
mulatur illi stulto, de quo dicitur in Vitis patrum, qui  
scindebat ligna & faciebat de illis sarcinam, & poste-  
tentabat leuare, quando uidebat, quod nō poterat de  
facili portare, deinde scindebat alia ligna & appone-  
bat ad sarcinam & postea tentabat, & quanto plus po-  
derabat, tanto plura addebat. Sic faciunt peccatores  
quando primo sentiunt pondus peccatorum & pœni-  
tentia deponunt, statim & peccata peccatis adiiciunt,  
quia sicut dicit Gregorius: Peccatum quod per pœni-  
tentiam non deleritur, mox suo pondere ad aliud tra-  
hit. Tertium exemplum est. Ille qui per totam ui-  
tam suam cum magnis sumptibus parat sibi domum,  
ubi non intenderet morari ullo modo, & domum in

Zach. 1.

G' rego.

Qua uellet habitare in perpetuum destrueret pro posse  
suo, talis aperte faceret contra rationem, & ideo me-  
rito stultus & insanus deberet reputari. Sed talis est pec-  
cator, qui usq; ad mortem differt conuerti. Ipse enim  
per totam uitam suam parat domum suam in inferno,  
cum tamen nullo modo ibi habitare uelit. Vnde dicit  
Paulus Apostolus. Qui facit contra conscientiam su-  
am ædificat ad geennam. Secundoquod ista repromis-  
sio longioris uitæ nequior est, quia contra ipsum pec-  
catorum, apparet per duo notabiliora exempla. Pri-  
mum est, quia ille qui plus diligeret se infirmum quæ  
sanum, seruum quam liberum, nihil habentem quam  
omnium bonorum esse partipem, talis iniquus esset  
cōtra seipsum. Talis est peccator qui tardat agere penitentiam,  
quia plus diligit se in peccato, quod est infirmitas spiritualis. Vel potius mors dicenda est. Vnde  
peccator intantum impius est contra seipsum, quod ma-  
gis diligit se mortuum quam uiuum seruum quam li-  
berum, malum quam bonum. Vnde dicitur Ioannes in  
epistola sua: Qui peccatum facit, seruus est peccati. Au-  
gustus. Bonus homo etiam si seruit, liber est Malus ho-  
mo si regnet seruus est non unius hominis, sed quod  
peius est tot dominorum quot uictorum. Secundi ex-  
emplum. Ille qui deberet magnam pecuniam ad usu-  
ras quæ quotidie cresceret, & posset persoluere & tñ  
tardaret quantū possit, talis facheret contra seipsum.  
Sic est in p̄posito: Mora enim in p̄cis tanq; debitū cur-  
rit ad usuras, quia quanto diutius fuerit in peccatis,  
tantum plus soluet de pena, unde in Apocal. Quantum  
se glorificauit homo & in delictis fuit, tantum date ei  
tormentū & luctū. Tertio, p̄ ista p̄missio longioris uitæ  
sit nequissima, q; cōtra dei bonitatē apparet p̄ tria  
notabilia exempla. Primū exemplū est. Si aliquis iuuenis  
dominū suū cui seruire tenet, à quo sua omnia habe-

## S P E C V L V M

ret per totam uitam suam impugnaret, & inimico domini sui seruiret, & postea senio confectus in fine uite sue uellet domino suo seruire, & suum seruitum ei offerret, iniquus contra dominum suum esset, nec multū domino suo tale seruitum placeret. Sic est peccator qui offendit deum peccando, & seruit inimico diabolο in iuuentute, & in senectute proponit seruire deo: Secundum exemplum est: Si aliquis receperit bona maxima à domino suo ad multiplicandum & lucrandum, et quod ipse deberet habere totum lucrum, & illa bona superflue expenderet, & pro nihilo daret in contemptum domini, talis impie ageret & contraria ualitatem domini sui ingratus esset. Sic est peccator qui corpus & animam sensus animæ, vires corporis, temporalia bona, spacium uite, & alia multa et magna beneficia recepit a deo, & omnia ista expendit in contumeliam creatoris peccando multipliciter, aper te facit contra bonitatem dei. De anima qua tradita est nobis à deo quasi thefaurus preciosus, sic dicit Bernardus: Vé mihi si talentum mihi traditum, animam meam negligenter seruauero, precioso sanguine agnī immaculati appreuiatum. De tempore sic dicit idem: Non est tibi tempus impensum, quod non à te exigeretur qualiter fuerit expensum. Tertium exemplum est: Si aliquis dispensator honorū alicuius domini, bona panem bonum uinum, & meliora cibaria daret extra mea & inimicis domini sui, & domino suo daret ad comedendum de pane corrupto de furfure & de putridis carnis & piscibus, darec̄q; ei ad potandum defecibus uini sui, talis impie ageret contra dominum suum. Sic est peccator qui illud quod pulchri⁹ est & miles de uita sua, scilicet iauētutem & fortitudinem suam dat mūdo & diabolo qui sunt inimici Christi, & (quod

peius est) scilicet nouissimum uitæ suæ proponit deo domino suo dare. Non sic faciebat David qui dicebat: Fortitudinem meam ad te scilicet seruendum custodiā. Vñ dicit ecclesiasticus: Noli domino offerre fecisse nec etutis, sed unum libaminum floride iuuētutis. De pecatoribus pœnitentiā differentibus sic dicit Grego. Sa-  
tis alienus est a fide, qui ad agendum pœnitentiam tem-  
pus senectutis expectat, cum nullum diē uitæ suæ in  
sua habeat potestate. Idecirco iuxta cōsilium Isidori, fe-  
stinare debet ad deum unusquisq; pœnitēdo, dum po-  
test, ne si dum potest noluerit, omnino cum uoluerit  
tarde nō possit. Igitur festina ad pœnitentiam charis-  
fime, ne tardaueris, ut non cum fatuis uirginibus fina-  
liter excludaris.

*De contemptu seu odio mundi*

CAP. III.

**N**O LITE diligere mundū, nec ea quæ in mū  
ndo sunt. Si quis dilexerit mundum, nō est cha-  
ritas patris in illo. Et mundus tranfit & cōcupiscentia  
eius: scribitur in prima canon. Ioan. 2. cap. Hec uerba  
pertractans beatus Augusti. sic dicit: Quid uis utrum  
amare temporalia & transire cum tempore, an mun-  
dum nō amare & in æternum uiuere cum deo. Amas  
seculū absorbebit te, amatores suos uorare nouit non  
portare. Nota quod mundus est excommunicatus, qā  
sicut pro excōmunicato in ecclesia non oratur, sic nec  
Christus orauit pro mundo, qui tamē pro crucifixō  
ribus suis orauit. Vñ dicit in ulmo sermone pro ipsis,  
scilicet discipulis, nō pro mundo rogo. Stultum est ra-  
li domino seruire, qui in fine seruum nudum & sine  
mercede eūcere consuevit. Sic facit mundus. Vnde le-

## S P E C V L U M

gitur, q̄ Soldanus rex Babyloniæ, cum apud Damas-  
cum infirmaretur usq; ad mortem, & sciret sibi mor-  
tem imminere, signiferum suum vocauit dicens ei: Tu  
qui soles ferre uexilla mea ad bella, fer nunc mortis  
meæ uexillum, scilicet uilem hūc panniculum per to-  
ram Damascum, dicens: Ecce rex orientis moriens nō  
fert secum nisi hunc uilem panniculum. Simile fere le-  
gitur, q̄ quidam rex Lothor ingit iuuenis cū esset in  
extremis, respiciens sua palacia & domos suas multas,  
dixit pluribus audientibus: O dñe Iesu quantū conte-  
mendum est mundus iste! Ecce ego qui tot habui pala-  
cia & hospitia, nescio quo debeat hac nocte ire, uel  
q̄s me debeat hospicio recipere. Relinque ergo, o pec-  
cator, dñm tuum, scilicet hunc mundū, ante q̄ in tanta  
paupertate relinquaris ab eo, sciens, qm ut dicit Iaco-  
bus: Qui amicus est huius mundi, inimicus dei consti-  
tetur. Gregorius: Tanto quis est deo proximus, q̄to  
ab amore mundi est alienus. Ad hoc ostendendū Chri-  
stus nudus extra ciuitatem pati uoluit & crucifigi, ut  
Ostenderet nihil sibi esse commune cum mundo, & q̄  
quicunq; uolunt consequi fructum suæ passionis, de-  
bent exire mundum, saltē per affectum & mundanā  
conuersationem. Vnde dominus dicit Hieremij 5.1.  
Fugite de Babylonie, & saluet unusquisque animā su-  
am. Babylon secundum Hieronymum interpretatur  
dominus confusionis, & direcē significat hunc mundū,  
in quo iam heu ubique confusio regnat, tam in clero  
q̄ in populo, tam in religiosis quam in secularibus, rā  
in senibus quam in iuuenibus, tam in uiris quam in  
mulieribus, ita ut merito beatus Iohannes dicat in ca-  
nonica sua. Totus mundus in maligno positus est. Et  
idcirco cōsulit fugiendum esse ad uitam religiosam,  
Beatus Bernardus ita dicens: Fugite de medio Babylō-

his, id est, de seculo, & saluare animas uestras. Conuolate ad urbes refugij, id est, ad uitam religiosam, ubi possitis & de præteritis agere pœnitentiam, & futurā gloriam fiducialiter postulare. Non uos pœnitentiæ austeras deterreat, quia non sunt condigne passiones huius temporis ad præteritam culpam, que remittitur, ad præsentis consolationis gratiam quæ immittitur, ad futuram gloriam quæ promittitur. Scendum autem, quod mundum debemus fugere propter quatuor. Primo enim solent sapientes recedere à loco infecto a pestilentia uel factore, maxime quando uel egros se sentiunt uel egrotaturos agnoscunt. Taliis est mundus quia quot mala exempla peccantium in eo uidemus, tot factores insipientes animam nostrā recipimus. Idecirco quia cum peccatum sit morbus cōtagiosus, fugiēda est societas malorum. Non enim est tutum sanis cum leprosis habitare. Ecclesiast. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam. Noluit Iacob habere Esau socium itineris sui. Hieronymus: Certe nimis nocet homini quam mala societas. Talis enim es ficitur homo, qualium societate fruitur. Nunquid cū agno lupus habitat. Vir castus certe luxuriosi societatem aufugit. Plus quam impossibile puto, uirum diutius in bonis permanere operibus, qui malorum assistit, conuersatione utitur. Cum sancto, (uociferatur Psalmista) sanctus eris, & cum uiro electo electus eris, & cū peruerso peruerteris. Sicut enim mala nocet conuersatio, ita prodest bona. Nullus potest huic comparari thesauro. Qui bonam inuenit societatem uitam inuenit, diuitijs affluit. Certe uera dicā, praro homo uel bonus uel malus efficitur, nisi ob societatis causam. Pueri cor tanquam tabula rosa, in qua nihil degit.

M. M. A. N. 17  
H. L. 27  
7. 110

Peccatum  
morbus cō-  
tagiosus.

## SPECVLVM

Hiero.

depictum est fore dicitur. Illud ergo quod a societate recipit uirg. dienectam retinet, siue bonum siue malum sit. Hec Hieronymus. Debemus ergo elongari a mundo propter malum uicini molestiam. Nullius autem uicinum potest ita nocere, sicut uicinitas peccatorum, quorum inuidus plenus est, ut patet ex iam dictis. Secundo solent sapientes recedere a locis, in quibus timente se tradi in manibus inimicorum suorum. Sic facit mundus: Vnde ei conzruit illud uerbum iudee proditoris: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Haec uerba dicit mundus de nonibus. Nam quis mundus in praesenti osculatur, id est, exaltat honoribus hostibus suis, scilicet demonibus, tradit. Vnde signum manifestae damnationis est in hoc mundo sua beneplacita adsequi, & a mundo diligi. Itaque omnino oportet nos per multas tribulationes acquirere regnum dei. Errauit in uia per dilectias & dilectias festinat ire. Hec Beatus Hieronymus. Tertio solent sapientes elongare ab aliquo loco propter ipsius periculum. Mundus iste est locus periculosisimus, propter quod mare dicitur. Vnde dicitur per psalmistam David: Hoc mare magnum & spatiolum. Periculum huius maris, scilicet mundi, iuxta uerbum Bernardi, probat transeuntium charitas, & per euntium multitudine in mari Marsilia de quatuor nauibus uix saluantur una. In mari huius mundi de quatuor animabus uix saluantur una, quasi locus diluui est mundus iste, ubi pauci respectu pereunt saluantur. Mundus enim est sicut fornax Babylonica igne infernali succensa, ideo ualde timendum est homini in eo, quae ad fibrum unius uerbi accenditur igne iracundiae, ad aspectum unius mulieris igne luxuriae, ad aspectum unius regi preciosae igne cupiditatis. Quarto elongat se ho-

Matt. 25.

X

homo diffidatis ab aliquo loco propter inimici capitā-  
 lis timorem. Inimicus noster capitalis est diabolus q  
 uiauit mortem nostram, qui est princeps mundi, a q  
 uis elongamus. dum mundum deserimus. Vnde Ec-  
 clesiast. admonet: Longe ego ab homine potestatem  
 habente occidendi. Homo iste est diabolus, qui dicitur  
 homo ab homine deuictio. Matthæi 13. Inimicus ho-  
 mo hoc fecit. Praetera sciendum, quod aliter perfe-  
 cit uincit non potest mundus, nisi per exitum ab eo.  
 Vnde legitur in Vitis patrū, q̄ beatus Arsenius adhuc  
 in palacio imperatoris existens rogauit: deum dicere:  
 Domine obsecro, dirige me ad salutē. Et uenit ei vox  
 de celo dicēs: Arseni, fuge homines & saluaberis. Ipse  
 autem statim ad monachalem uitam descendit. Iterū  
 uox de celo iterum dixit: Arseni, fuge, grāce, quiete.  
 Hæc enim sunt radices non peccāti. Nam infuga uin-  
 tui concupiscentia carnis, taciturnitate superbia uā-  
 di contemptum nos exhortans sic ait: Si uis esse quiete,  
 tu nihil seculi appetas, semper quietem habebis me-  
 tus, si curas seculi a te proieceris. Abiace a te, quicquid  
 bonum propositum poterit impeditre. Esto moriūus  
 mundo, & mundus tibi. Mundi gloriam tanq̄ mortuus  
 us non aspicias, ab effectu huius mūdi tanq̄ mortuus  
 iam te separas, sicut sepultus non habes curam de secu-  
 lo. Tanquam defunctus ab omnī te purga negocia, uā-  
 uens contemne quicd possi mortem non poteris habere.  
 De uita huius mundi sic dicit Hieronymus: O uita  
 mundi non uita, sed mors, uita fallax, uita onusta tri-  
 fitteris imbecillis & umbratrica, uita mendax, nunc hæ-  
 res & statim arescis, uita priuans uitam cui ines, uita  
 fragilis, uita momentanea & caduca, qua quanto ma-  
 gis

Ecclesiast. 9.

## S P E C V L V M

gis crescis, tanto magis decrescis, cum plus procedis,  
plus ad mortem propinquas. O uita plena laqueis,  
quot in mundo homines illaqueas, quot per te iam su-  
stinent tormenta infernalia, quam beatus qui tuas  
agnoscit fallacias, quam beatus qui de tuis non cur-  
rat uanis blanditis, quam beatissimus qui te bene pri-  
uatus est. Augustinus: Mundus clamat ego deficiam,  
caro clamat ego inficiam, diabolus clamat ego decipi-  
am, Christus uero dicit ego reficiam. Miser quem se-  
queris. O charissime si haec quae iam legisli te non mo-  
uent ad cõemptum mundi & eorum quae in eo sunt,  
audi beatum Bernadum de mudi amatoribus ita di-  
centem. Væ illis quibus præparatur dolor uermium,  
ardor flamarum sitis continua fletus & stridor den-  
tium, horribiles facies dæmonum, ibi mors optabi-  
tur & non dabitur, ibi nullus ordo, sed sempiternus  
horror. Quis tunc putas erit miser? Quis lucius. Que  
tristitia, quando iniulus separabitur a consorio iu-  
storum, & tradentur iniusti potestati dæmonum, &  
ibunt cum eis ad æternum supplicium, gaudia para-  
disi nunquam suscepturi, sed perpetuo cruciandi, ibi  
torquens nec puniens fatigabitur, qui torquetur non  
morietur, & sine spe ueniat uiuent & non morientur,  
morientur & non consumentur. Isidorus: Si haberes  
sapientiam Salomonis, si longitudinem uite Enoch,  
si pulchritudinem Absalonis, si fortitudinem Samso-  
nis, si Ptolomei potestatem, si diuitias Croci, q.d pro-  
desset tibi si tandem caro tua dareatur uermibus, ani-  
ma dæmonibus cum diuire crucienda sine fine. Item  
ea quae in ipso sunt breuitas præsentis uite, & incerti-  
bitas

Isidorus.

Gregorius. Tudo mortis. Vnde Gregorius: Reproborum mentes  
idcirco nequiter agunt, quia se uiuere hic diuicius ar-

Iusti uero dum breuitatem uitæ suæ considerant, elationis & immunditiae culpas declinant. De breuitate præsentis uitæ dicit Iacob<sup>9</sup> in canonica sua: Quid est uita nostra hisi vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Augustinus: Vita hominis uitæ breuis est ab infantia usq; ad senectutem decrepitam. Adam si adhuc uiueret & hodie moreretur, quid illi uitæ longitudo profuisset. Idem: Quicquid temporis uiuitur de spatio uiuendi demitur, ut omnino nihil aliud sit tempus præiens quam cursus ad mortem. In quo nemo stare paululum uel tardius ire permittitur, sed urgentur omnes pari motu singulis diebus facti unam diætæ ad corporis mortem. Seneca: Quotidianè morimur, quia quotidie demitur aliqua pars uitæ nostræ. Ecce dilectissime si bene te inspexeris, & uerba iam libri scripta & etiam postea scribenda cordis auribus diligenter percepis, potius debes dicere: Vado mori credens per longum uiuere tempus. Forte dicas haec est ultima, uado mori. Tu autem aestimas diu uiuere, & haec temporalia bona & mundana gaudia annis multis in deliciis possidere. Sed charissime nō siccus Homo enim, ut ait Job, uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereunt.

Iacob.

*De falsa gloria mundi potentia & dignitate ac caducis eius dinitijs contemnendis.*

Cap. V.

**V**i sunt principes gentium, & qui dominatue super bestias quæ sunt in terra, & qui in aurobus celi ludunt, q; argentū thesaurizant & aurū

113

## SPECVLVM

In quo confidunt homines & non est finis acquisitionis eorum, qui argentū fabricant & solliciti sunt, nec est inuentio operum illorum, exterminati enim sunt & ad inferos descenderunt & alij in locum ipsorum surrexerunt, scribitur Baruch tertio capi. Hæc uerba pertractans Prosper in sentenths suis sic ait. Vbi sunt modo insuperabiles oratores, ubi qui conuenientius festa disponebat, & ubi equorū splendidi nutritores, ubi exercituum duces, ubi satrapæ & tyranni? Nonne omnes puluis & fauillæ? Nonne in paucis uerbis est eorum memoria uitæ? Respice sepulchra eorū, & vide quis seruus, quis dominus, quis diues, quis pauper, discerne si potes uincitū a rege, fortē a debili, et puishrum a deformi. Sciendum quoq; est, quod humana gloria ex qua cuncte sit causata, propter quatuor rationes ab omnibus est fugienda. Primo, quia uilissima ex sua cōditione, secundo quia uanissima siue quia fragilissima in duratione, tertio quia falsissima in promissione, quarto quia malignissima in retributione. Dico primo, quod mundana gloria ideo est nobis fugienda quia uilissima, & hoc de natura sua. Vide scribitur primo Machabæor. 2. Gloria ciuius stercus & uermis, hodie extollitur & cras non inuenietur. Quid in rebus stercore de testabilius, quid in animalib; serme uilius? Ergo si temporalis gloria hominis stercus & uermis consistit, non est hominibus appetenda sed fugienda. Est namq; mundi gloria putrido ligno similia, de quo philosophus docet, & ex ipsa experientia patet quod de nocte lucet, sed putridū apparere in die. Quid enim est hominē uana gloria putridū de nocte lucem habere, nisi hoc presenti tempore quod nocte umbrosæ est simile gloriosus incedere, & luminosus anfirmis oculis apparere, qui non possunt nisi secundum ea

Gloria mü-  
dana fugi-  
enda.

ea quæ foris sunt iudicare. Sed quando dies iudicij ad  
 uenerit, in quo illuminabit dominas abscondita tene-  
 brarū, & manifestabit consilia cordium, tunc qui mo-  
 do apparent & uident glorioli, apparebunt putridi, &  
 uilissimi, & penitus non curandi. Item tales mundi po-  
 tentes sunt luciferi similes, quæ uolando in nocte lu-  
 cet, & in die latet ac tota nigra apparet. O si hæc attē-  
 derent q̄ in caducis suis diuitijs gloriantur, quicq; qua-  
 danī fructus carnis post modicum in cinerem reuersu-  
 r̄g, nobilitate potentia extollunt & dignitate, & alios  
 contemnendo deprimunt, quō in futuro uilissimi ni-  
 gri & putridi apparebunt, puto q̄ modo detestari etur  
 cordialiter gloriam mundi huius temporalem, hoc sci-  
 entes q̄ impossibile est ut dicit Hieronymus, ut homo  
 in cælo & in terra appareat gloriolus. Dixi secūdo,  
 q̄ gloria mundana est nobis fugienda, quia est fragi-  
 lissima, nec est ulla stabilitate firmata. Sic nanque est  
 defectiva, ut quælibet uaporosa uel fumosa substanc-  
 ia. Fumus enim quanto plus in altum se erigit, tanto  
 plus definit donec euaneat: Flos magni odoris & ad  
 tempus mirabilis uenustatis ad modicū actum so-  
 lis urentis arescit, & omnis gloria eius perit. Sic mūdi  
 gloria. Vnde dicit Isaias: Ois caro scēnū, & ois gloria  
 eius quasi flos scēnī. Exaruit scēnū & flos eius decidit,  
 & omnis gloria eius deperit. Amatores igitur tempora-  
 lis glorie, similes sunt scēno teatrorū, quod priusq; euel-  
 latur exaruit. Vnde Ecclesiast. 10. Omnis potentatus  
 uita breuis, rex est hodie & cras moritur. Nā ubi nūc  
 est gloria Assueri regis, qui super centū prouincias im-  
 perauit. Vbi gloria illius maximi Alexandri, in cuius  
 conspectu omnis terra siluit, primo Machabæorum  
 primo. Vbi nunc gloria totius Romani imperii, quod  
 ad modicum ferri omnia regna mundi perdomuit? Vbi  
 sunt

Isai. 40:8

## SPECVLVM

*Terzo*  
sunt principes mundi, & qui dominarunt super bestias. Nonne omnes tanquam hospites unius diei & peregrini uelocissimi transierunt? Vere sic. Nam unus ex eis non remansit. Quia in uanitate defecerunt dies eorum, & anni eorum cum festinatione. Nam communis morte mors nulli parcit honori. Mors fera mors nequam, mors nulli parcit, & nequam. Dat cunctis legem, recipit cum paupere regem. Tertio mundana gloria ideo nobis est fugienda, quia falsissima nulli seruans promissa, sed omnes homines fallens in uia. Quem enim imperatorum, quem principum non decepit? Longam enim & honorabilem uitam pacificam & securam potestiam suis promittit, cum unum momentum temporis uitae addere non possit. Quis in temporali gloria Alexandro similis, qui nullum bellum unquam perdidit, sed cum paucis multitudinem saepe uicit? Nullam ciuitatem obsedit quam non ceperit, nullam unquam provinciam inuasit quam non sua editioni submisit, & tamen quando omnia se subiugasse credidit & pacifice uitam ducere sperauit, tunc in momento ueneno deperit. Quid ergo hanc mundi gloriam sequeris, qua in morte iuuari non poteris? Vnde Petrus Blestii in quadam epistola: Gloria mundi fallax & seductoria, suos decipit amatores. Quicquid enim uel in futuro promitterit uel in praesenti intendit, totu[m] ad nihilum deueniet tanquam aqua decurrentis. Et ideo quod breuiter durat, quis prudens querere curat? Quarto mundana gloria ideo est nobis fugienda & contemnenda quia malignissima in retributione, quia non perducit ad gloriam, sed ad peccatum & confusionem sempiternam. Vnde Osee 3. Gloriam in ignominiam comutabo, uidelicet in morte, quando gloria transibit in summam ignominiam seu confusione semper.

*Quarto*

plteram. Potentiam in impotentiam, sapientiam in  
 stultitiam, & omnes delectationes in maximam pœ-  
 ham. Nam & iuxta mensuram culpæ, erit & mensura  
 penæ. Nam contra animam quæ se ad mundanas uo-  
 luptates effundit, dominus gratius excandescit sui  
 iudicij executoribus dicens: Quantum exultacit se in  
 deliciis, tantum date ei tormentum & lucitus. Non est  
 igitur dilectissime affectanda neque amanda mundi  
 gloria, quæ constat ex prædictis esse vilissima, fragilis  
 seductoria & maligna. Si uero ex his quæ iam scriptæ  
 sunt, non moueris ad mundi gloriam cōtemnendum,  
 audi qualiter gloriōsus Hieronymus alloquitur ipsos  
 temporalis glorie amatores, ita dicens: Væ uæ uobis,  
 qui ad cælorum regna diuītarum itinere fessinatis,  
 quoniam facilius est transire camelum per foramen  
 acus, quam diuitem intrare regnum cælorum. Non  
 mea sunt uerba hæc, sed Christi. Si hæc reuocabilis est  
 sententia, Christus omnino non est deus. Cælum, in-  
 quir idem, & terra transibunt, uerba autem mea nō  
 transibunt. Vlilate uos miseri uento instabilis for-  
 tunæ mobiles & potentes qui alios cōfunditis & tan-  
 quam ignobiles conculcatis, quia huius mundi uanis  
 tatis honorumq; & falsatum dignitatū fumo ex-  
 cæcati, cum uestræ uitæ breuissimæ tela morte uelut  
 à texente forte hac nocte succidetur, in inferno fine  
 interminabili præ aliis cruciabimini continuo mori-  
 endo uiuentes. In laboribus hominum in mundo nō  
 esitis, imo non solum cum hominibus labores non fer-  
 tis, sed & laborantes uiuere non permittitis. Idcirco  
 non cum hominibus, sed cum diabolis flagellamini.  
 Quanto enim in mundo maior fuerit gloria & læ-  
 titia, tanto maior erit in inferno præparata pena.  
 Sed quid dicam? duodecim fatemur CHRISTVM

Q n ap-

## SPECVLVM

apostolos elegisse, quorum unus omnium solus Bar-  
tholomaeus carnis origine fuit nobilis, & Matthæus  
diuitijs, antequam apostolatum reciperet, insistebat.  
Cæteri uero erant pauperrimi piscatores. Cur hæc re-  
tuli audiatis. Si Christus uerax est, & si omnia quæ ex  
eius ore audiui mendacia non sunt, huiusmodi homi-  
nū uix unus aptus regno reperietur de mille. Qui ue-  
ro eorum mihi non credunt, post modicum temporis  
in tormentis positi sentient. Sed forte quis ueritatis lu-  
mine cœcus iam mirabitur. Ad quem ego si hoc me in-  
teroget, responderem: Nonne unico credimus dāna-  
ri hominē mortali peccato. Sed si hoc inquiet ita est,  
uix unus de centum milibus saluabitur. Sed quid di-  
ues & mortalis famæ aura pastus aliud est, quam  
quoddam omnium peccatorum uas putridum? Vbi su-  
perbia, ubi auaritia, ubi luxuria, nōne in diuitiis no-  
bilibus & potentibus? Nonne & latrones sunt qui &  
pauperum mercedem uiolenter deprædantur, & eos  
deprimunt atq; necant. Quid ex ubertate domus do-  
mini faciunt, qui ut pauperibus necessaria ordinaret,  
recepereunt: Certe superfluitatem uestimentorum, su-  
perfuitate nimia addūt, de pauperibus frigore & nu-  
ditate morientibus non curantes. Palacia & ædificia  
magna erigunt, ut humanis oculis contemplentur, &  
pauperes in plateis moriuntur incommodis. Conui-  
uia præparat alijs frequenter diuitiis, ut ferculis de-  
licatissimis suam uentris repleant ingluviem, quibus  
pauperes fame pereunt. Quid aliud est eorum uira, q  
peccata? Si uenter repletus est tanta ciborum copia,  
nonne ad fores adeat luxuria? Quid ergo amplius lo-  
quar cū omnium mortaliū lingua deficeret, ut q pec-  
carorū facerent intimaret. Nec deum nisi somniando  
cognoscunt, nec se (ut puto) morituros arbitrantur.  
Non

Non enim facile in peccata labitur, qui se moritur cogitat, & deū sibi fore iudicē nō ignorat. Vere nimis est imbecillis & miser cui horū est memoria, si cuncta diabolica tentamenta non facile uilipēdit. Idcirco uere dicam: Si denī suum iudicē agnoscerēt, & si se mori crederent, non peccarent saltem tam secure. Cur hī miserrimi ad ecclesias properant? Ut diuiniis interficiant mylieris, an ut contemplentur mulierum uuitus? Hec sua est meditatio, hæc prædicatio & dei cognitio. Sic diuinam percunctantur legem ut pecunias terram & mare peragrantes, crebris uigiliis & meditationibus sibi & filiis suis diuinitas cōgregent. Certatim uestimenta sua in societate mira artificii uarietate frequenter mutant, quoniam ut ludos, has trudia, chorcas, processiones, ebrietates, magna conuiuia, delicata fercula suis alternatim exhibeant sodalibus, mulieres ad suam uoluptatem explendam sufficienter habeant. Sed uæ miseri quid facitis non agnoscitis, corpus antetemp<sup>o</sup> destruitis, & animā interficitis. Vnde infirmates & mors tam intempestiuia, nisi ex nimia ciborum copia & frequēti mulierum usu? Deum laudare crediris, certe deluditis uos meti ipsos. Pro corpore obliuiscimini animam, & ecce corpus simul cū anima destruitis ante tempus. Et ideo gaudete, iucundamini, & lētamini in hoc tam breuissimo temporis spacio quod habetis, ut possumodum cum diabolo sine fine temporis lugaris. Quod facitis ne differatis frequētissime uestimenta permutetis, ne forte uestra dispreat nobilitas, nec sint qui uos excedant, ut in inferno uerecundiam recipiatis & confusionem. Vbi conuiuia, ubi delicata fercula, ubi uina preciosa melie mixta & aromatibus, perate epulemini & inebriemini. Non enim post mortem amplius facietis, sed cū diuite qui quotidie splen- Luc. 16.

**Q** iii dide

## SPECULVM

dide epulabatur in tormentis geennalibus guttam  
 aquæ minima per optabit nec habere poteritis. Agi-  
 te solacia, uestræ in luxurijs explete uoluptates. Se-  
 nate in corruptione ut de corruptione colligatis diui-  
 nam sententiam, quæ iustus ille dabit iudex in magno  
 iudicij die dicens: Ite maledicti in igne æternum, qui  
 Matthæ. 25. paratus est diabolo & angelis eius. Heu cor lapideum,  
 qui cū talem tibi cogitas ob huius mundi parua sol-  
 cia imminere sententiam, non formidas. Si illum ex-  
 pectas diem tam terribilem & crudilem, in quo non  
 solum de luxurijs, uestibus, ebrietatibus & commissatio-  
 nibus, & de toto tempore amissio quo uixisti, sed etiā  
 oportebit te de qualibet locutione & cogitatione ua-  
 na dñi reddere rationem, cur non emēdaris? Cur mo-  
 raris miser de die in diem cōueriti ad dñm? Cur te ma-  
 lorū iam non pœniter? Ecce mors properat ut te cō-  
 rat die noctuq; currēs. Ecce diabolus iam se p̄parat, ue-  
 te recipiat. Ecce diuitiae tuæ tibi deficient. Ecce uer-  
 mes corpus quod tanta enutris diligentia expectant,  
 ut illud rodant quousq; iterū coniunctum animæ cum  
 illa pariter pœnas habeat infinitas. Quid errando per  
 huius seculi inuia in uanitatib<sup>9</sup> petis solatia? diuitias  
 gloriam, & cætera tibi placita non inuenies hic, quia  
 hic non sunt. Sed si uera queris gaudia, ad illam cale-  
 la uera sunt gaudia, quæ oculus nō uidit, nec auris au-  
 diuit nec in cor hominis ascendit. Dimitte quæso, ca-  
 duca & momentanea, ut habere ualesas æterna & ppe-  
 tua. Sed qd de his qui nec dei timore nec amore, nec  
 mortis, nec tormentorū subsequentium terrore à pœ-  
 catis cessant, sed dolent si ut optant praua agere non  
 possint, dicās. Væ uemiseri q; hic ridetis, quia plange-  
 sis. Væ qui ista gaudijs optatis, quia uobis inuisi-

vis sustinebitis tormenta infernalia. Ecce modicū uobis  
restat tēporis. Implete mēsuras malitiāe uestrarū, ut  
ueniat super uos oīs diuina indignatio. Fruamini hoc  
paruo tpe in iocis & ebrietatibus, pliis & contentionib;  
bus, choreis & proocationibus, nec uacuū præterire tē  
pus permitratis. Quid morāmī dum uiuitis congre-  
gare filiis uestris honores, diuitias & potentias, uestra  
augere nobilitatem & famā, & ut uesiri possint filii q  
fecistis explere, quatin⁹ cū illis pariter in inferno am-  
pliora patiamini tormenta. Sed forte quis dicet: Beni-  
gnus est deus & misericors, qui oēm peccatorem ad se  
redeuntē recipit & indulget. Verū quidem hoc esse  
fateor. Benignor est dñs q creditur, & unicuiq; par-  
cer ad se ut condecet redcunti. Nonne benignus est do-  
minus, qui tantas tolerat iniurias à pētōribus dans eis  
tpe spatiū ut emendent. Sed hoc noueritis, quia sicut  
benignus est tolerando, ita iustus est puniendo. Sed q  
iterū dicet, q uir qui toto tpe quo uixit malefecit, in  
mortis articulo accepta poenitentia à deo ueniā obti-  
nebit Heu q uana suspicatio & falsa meditatio. Vix de-  
centia milibus homin̄ quorū semp̄ mala fuit uita, mere-  
bitur indulgentiā habere unus. Vir totus in pētis geni-  
tus & enutritus, qui nec deū uidit nec agnouit, nec de-  
eo audire uoluit, nec se peccasse cognoscit, nee qd pœ-  
nitentia fit nisi forte dormiendo nouit, totus adhuc se-  
cularibus innodatus negotijs, quē angustia premit si-  
liorum quos deserit, quem infirmitas conterit, dolor  
diuitiarum & temporalium bonorum concutit cum  
eis non posse frui amplius se cernit, q accepram deo  
accipit poenitentiam, quam non acciperet si adhuc se  
posse sanari crederet. Certe concludam. Qui dum sa-  
bus est & iuuenis deum offendere non formidat, in  
mortie non increbitur diuinam indulgentiam. Que-

Q iiii nanc

## S P E C V L V M

manus est pœnitentia, quam quis accipit, quia se minore  
re amplius non posse cernit? Qui si ex infirmitate con-  
ualesceret, peior quam prius fieret. Scio non modicos  
pecuniosorum in mortis articulo accepta pœnitentia  
conualuisse corpore & peiorasse uitam. Hoc teneo,  
quod ei non est bonus finis cui mala fuit semper uita.  
Qui peccare non timuit, sed mundi uanitatibus sem-  
per uixit. Hæc omnia Hieronymus: Pro his omnibus  
dilectissime mihi si recte lapis, si tecum fumen oculo-  
rum est, contemne & relinque hæc omnia, scilicet ca-  
ducas mundi diuitias & falsam eius gloriam propter  
eum qui est super omnia. Quid enim prodest homini  
si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ de-  
trimentum patiatur? Scitote omnem honorem huius  
seculi impedimentum esse graue & quoddam perem-  
ptorium salutis æternæ. Quem enim legimus à secula  
fallax & uana est gloria quam homines abinuicē pe-  
tunt & accipiunt, & gloriam quæ à solo deo est non  
quærunt. Homo si alijs uult præferri, nonne collega il-  
lius est qui dixit Ponam sedem meam ad aquilonem,  
& similis ero altissimo? Sed cuius ascendit cathedram  
eiusdem timeat præcipitium & ruinam. Augustinus:  
O quam felix, quam beatus est, qui solo æternitatis  
desiderio inardescit, quia nec prosperitate attollitur  
nec aduersitate quassatur, & dum nihil habet in mun-  
do quod diligit, nihil est in mundo quod pertimescat.  
Gloria huius mundi nihil aliud est, quam quedam  
uana aurum inflatio. O ergo quantum excæcatus es,  
si huius mundi gloriam quæris. Nam ut Anselmus ait:  
Non potes esse in honore sine labore, in prælatione si-  
ue tribulatiōe, in sublimitate sine uanitate. Vnde cha-  
rissime

risse si prudenter periculum tuum, quod de tempore  
mundi honore incurris, aduerteres, proculdubio  
animum tuum a seculi uanitatibus cohoberes.

## De morte semper &amp; ubiq; timenda &amp; expectanda.

## CAP. VI.

**M**E MOR esto, quoniam mors non tardat,  
scribitur Ecclesiast. decimo quarto. Quam  
multa bona conferat homini mortis memoria, in mul-  
tiis sacræ scripture loci declaratur. Vnde ecclesi. dicit;  
Memorare nouissima tua, & in æternum non pec-  
tabis. Vbi beatus Bernardus ita ait: Summa felicitas est  
meditatio mortis assidua. Hanc ubi cunque homo per-  
rexit, secum portet, & in æternū non peccabit. Item  
Augu. Nihil sic reuocata peccatis sicut frequens medi-  
tatio mortis. Hæc est enim que facit hominem se hu-  
miliare, omnia contemnere, & pœnitentiam aggredi,  
sive acceptare. Hieronymus. Facile contemnit omnia,  
qui semper cogitat se moriturum. Nam concupiscen-  
tia oculorum contemnitur, quando aliquis cogitat se  
tam breuiter omnia relicturum. Concupiscentia car-  
nis despicitur, dum quis considerat quod corpus suū Hiero.  
proprium quasi in instanti erit cibus uermium. Su-  
perbia uitæ spernitur, dum quis hoc corde ponderat  
quod ille qui uult modo esse super alios, ponetur in  
terra subtus pedes omnium. Vt in am attenderent om-  
nes reges & principes & diuitijs abundantes in hoc  
mundo, quomodo a tam amplis palacijs sunt deferen-  
ti ad sepulchrum tam strictum, & e palacijs tam lumi-  
nosis & fulgidis ad sepulchrum tam horridum & ob-  
scurum. Et a palacijs floridis & pictis imaginibus ad-  
ornatis ad sepulchrum tam factidum, & a palacijs sic  
rebus omnibus superplenis, ad sepulchrum tam in-

## S P E C V L V M

Indigens & egenū. Et à palacis filiis & famulis ador-  
natis, ad sepulchrum sic vacuum, sic à filiis & amicis  
derelictum. O ubi est illa præterita pompa, ubi præ-  
tira gloria, ubi famulorum subsequentium turba. ubi  
uestimenta illa tam fulgida, ubi cultura illa tam mol-  
lis & tenera, ubi fercula illa tam uaria & diuerfa? Heu  
qui paulo ante uiuebat in deliciis in palacio, totus nā  
ducatur à uermibus in sepulchro. Vnde Innocētius pa-  
ga. Heu fratres attendite. Ecce enim qui paulo ante in-  
glytus & diues residebat in domo, ecce quam pauperes  
iacet in tumulo, & qui gloriōsus incedebat in aquila, ec-  
ce quam deformis & despectus iacet in tumba, & qui  
uescebatur in deliciis in cenaculo, ecce nunc confu-  
mitur à uermibus in sepulchro. De hac etiam memo-  
ria mortis sic scribit Petrus Damianus ad quandam  
comitissam. Pensandum saepe est cum iam peccatrix  
anima uinculo carnis incipit absolui, quā amaro ter-  
tore concutitur, quantis mordacis conscientiæ stimu-  
lis laceratur, recolit uerita quæ commisit, uidet man-  
data quæ negligenter implere contempsit, dolet in-  
dulta pœnitentiæ tempora se se inaniter percepisse, plo-  
rar immobilem districtæ ultionis articulum incurabili-  
liter imminere. Manere satagit, exire compellitur, re-  
cuperare uult tempora perdita, sed non auditur. Post  
terga respiciens totius transactæ uitæ cursum uetus  
unum breuissimum deputat itineris passum. Ante sc̄  
oculos dirigit, & infinitæ perennitatis spacia depre-  
ge potuit omnium lætitiam seculorum. Deficit etiam  
se propter tam breuis illecebræ uoluptatem, inenar-  
rabile in perpetuæ suavitatis amisisse dulcedinem. Eru-  
bescit quia propter carnē quæ uermib⁹ erit obnoxia,  
anis

animam neglexit quæ choris angelicis erat infereda.  
 Iam radios mentis attollit, & cum diuitiarū immor-  
 talium gloriam contemplantur, eam propter uitæ hu-  
 ius inopiam se perdidisse confunditur. Cumq; subse-  
 crectit oculos ad huius mundi valleē tetricāq; calis-  
 gine, super se uero miratur æterni luminis clarita-  
 tem, iuquido deprehendit, quia totum nox erat & te-  
 nebra, quod in hoc mundo amauit. Interea oculi con-  
 tabescunt & uertuntur in capite, pectus palpitat, rau-  
 cum guttur anhelat, paulatim dentes nigrescunt, pale-  
 lescunt orz, membra cuncta rigescunt, uenæ rumpun-  
 tur in corpore, cor scinditur in dolore. Dum hac ita-  
 que & huiusmodi tanquam uicina morti præceden-  
 tia famulatetur officia, assunt omnia gesta simul & uer-  
 ba, nec etiam ipse cogitationes defunt, quæ omnia  
 amarum aduersus actorem testimonium reddunt.  
 Coaceruantur cuncta ante respuentis oculos, & con-  
 spicere refugit coactus & inuitus attendit. Adebat præ-  
 terea hinc horrenda dæmonum turba, illinc uirtus  
 angelica, in illo qui medium est liquide deprehendi-  
 tur cui parti iure possessio uendicetur. Nam si pietas  
 in eo inueniantur insignia, uisitationis angelicæ  
 blanditijs delinitur, atque harmoniacæ melodias dul-  
 cedine ut exeat prouocatur. Quod si eum sinistre par-  
 ti meritorum nigredo & fœditatis squalor adiudi-  
 cit, intolerabili mox terrore concutitur, repentinus  
 impetus violentia perturbatur, præcipitanter inua-  
 ditur, ac de misero carnis ergastulo uiolenter exire  
 compellitur. Tunc anima uadit ad labia. Et interro-  
 gant labia, quid uis o anima? Respondet anima & di-  
 cit: Exire me oportet. Dicunt ei labia: Non p nos intra-  
 bi, nec p nos exubis. Tunc uadit ad narcs. Et respondet

narrator

## S P E C V L V M

mares sicut labia. Postea uenit ad oculos, deinde ad auris, & non potest per eas exire. Tandem ad summitem capitis uadit & ibi exit, quia ibi intrauit. Tunc se det super uerticem capitis circumspiciens huc atque illuc, tunc conspicit maximam tristitiam, si est damnanda & dicit ad seipsum: O tu maledicta anima ex communicati latronis, furis, adulteri, fornicatoris, periuri. Quando tunc circumspicit illa infelix anima, uidet uestem suam quam habuit in fonte baptisatis candidam & immaculatam, nigriorem pice & coruo. Tunc miserabiliter suspirat dicens cum horribili fletu et clamore: Heu heu quis mutauit uestem meam: Nonne uestis mea candidior erat niue? & modo immundior est pice & nigrior coruo. Tunc apparet diabolus qui seduxit eam, & quem ipsa secura est in hoc mundo, angelus scilicet satanae dicens ei: Noli mirari amica mea. Ego sum qui preparauit tibi hanc uestem, sed tu sola non es induta tali, sed maior partius mundi. Tunc dicet anima: Quis es tu? Diabolus respondet dicens: Nonne ego iam dixi tibi, quia ego sum qui preparauit tibi has uestes, & uiiam meam ostendi tibi, milii quoq; in omnibus obedisti & credidisti, & laborasti tecum, omne consilium meum fecisti. Ideo habitabis tecum in regno, ubi tristitia sine letitia, ubi fames sine cibo, ubi sitis sine potu, ubi tenebrae sine luce, ubi fator sine bono odore, ubi dolor sine solatio, ubi planctus sine remedio, ubi fletus sine interuallo, ubi clamor sine silentio, ubi ululatus sine moderantia, ubi ignis inextinguibilis sine refrigerio, ubi uetus uulnus sine tranquillitate, ubi frigus sine modo, ubi calor sine termino, ubi omne malum sine omni bono. O amica mea surge ueni tecum. Ecce angeli inferni ue-  
niunt obuiam tibi & cantabunt tibi canticum doloris

ris & tristitiae, cantici amarii ualde. Tunc etiam ap-  
pebit ei angelus dei, cui ipsa cōmissa fuerat a deo & dī-  
cet: Beatus qui uitauit hanc uestem in mundo. O quā  
infelix es o amica diaboli, o maledicta creatura, o ma-  
ledictio dei omnipotens, tecum fui & non uidisti  
me, docui & nolueristi me intelligere, consului tibi &  
nolueristi audire me. Vade ergo modo in manus dæmo-  
num, & uide locum tartareum qui præparatus est ti-  
bi, iam opera tua iudicauerunt te. Ex tunc uero quis  
explicare ualeat quot armatae iniquorum spirituum  
acies in infideliis lateat, quot frementes cunei terribibus  
telis instructi tunc insurgant, a quibus infelix anima  
ad æterna supplicia cum amaritudine pertrahitur, es  
que derisorie improperantibus peccata sua & dicen-  
tibus: O quantum superbisti hucusque! O quam splen-  
dide epulata es! O quam curiose uestita fuisti! O quam  
fortis, o quam uelox fuisti! Dic nobis cur modo non  
superbis, cur modo non epularis, cur modo non ua-  
rie uestiris? Cur modo non habes curam de diuitiis tu-  
is, cur modo non solaciaris cum uxore tua, cum filiis  
& filiabus & amicis? Cur non loqueris eis? Anima ue-  
to misera corpori suo maledicit ita dicens: O templa  
diaboli, opera tua polluerunt me, o maledicta terra,  
o habitatio satanæ, surge cito & ueni mecum, ut uide  
as loca tormentorum, quæ sunt mihi præparata pro-  
pter te, in quibus ero ego usque ad diem iudicij, tu ue-  
ro ex tunc mecum eris in eadem damnatione in æter-  
num. Maledicti sint oculi tui, quia noluerunt uidere  
lucem ueritatis & uiam iustitiae. Maledictæ sint au-  
res tui, quia noluerunt uerba uitæ æternæ audire.  
Maledictæ sint narres tui, quia noluerunt odorem san-  
ctorum uirtutum admittere. Maledicta sint lingua &  
labia tua, quia non gustauerunt æternæ patriæ gau-  
dia,

## S P E C V L V M

gia, nec aperuerunt ostiumoris ad laudem suū erat  
gis. Maledictæ sint manus tuæ, quia per eas non sunt  
porrectæ pauperibus eleemosynæ. Maledicta sunt pe-  
ctoris tui precordia, quia eructabant pessima cōfilia.  
Maledicti sunt pedes tui, quia ecclesiaz Christi non uisi-  
tauerunt tēdes. Maledicta sunt omnia mēbra tua, quia  
cælorum mihi exemerāt gaudia. Maledicta sunt omnia  
opera tua, quia eterna mihi adepta sunt supplicia. Ec-  
ce charissime, de quanto pericolo te potes liberare, de  
quam magno timore eripere, si modo semper timo-  
ratus fueris, & de morte suspectus. Stude nunc taliter  
uiuere, ut in hora mortis ualeas potius gaudere quam  
timere. Disce nunc mori mundo, ut tunc incipias uine-  
re Christo. Disce nunc omnia contemnere, ut tunc pos-  
sis libere ad Christum pergere. Castiga nunc corpus  
per penitentiam, ut tunc certam uales habere confi-  
dentiam. O quam felix et prudens qui talis nunc nit-  
tur esse in vita, qualis optat inueniri in morte. Age,  
age, nūc charissime, quicquid potes, quia nescis quan-  
do morieris. Nescis etiam, quid tibi post mortem se-  
quetur. Noli confidere super amicos & proximos,  
quia citius obliuiscentur tui quam estimas. Si non es  
modo sollicitus pro te ipso, quis erit sollicitus pro te in  
futuro? Melius est nunc tempestive prouidere & ali-  
quid boni p̄mittere, quam super aliotum auxilio  
sperare. Dum tempus habes, cōgrega diuitias immor-  
tales, eleemosynarum largitione. Fac tibi nunc ami-  
cos uenerando dei sanctos, ut cum defeceris de hac uî-  
ta, illi te recipiant in aeterna tabernacula. **Gregorius:**  
Curandum nobis est & cum magnis quotidie fletibus  
cogitandum, quam sc̄uus sua in nobis opera requi-  
rens in die nostri exitus princeps huius mundi uenit  
**Bernardus.** Quis (inquit) ille paucor erit, o anima  
m̄ta?

**Gregorius**

**Bernardus**

Mes, cum dimissis omnibus, quorum est tibi tam iucundia presentia, tam gratus aspercius, sola penitus intosca gnitam regionem ingredieris. & occursantia tibi caturatim irruere teterima monstra videbis. Quis in die tantę nec sis statis occurret? Quis tuebitur a rugiem tibus præparatis ad esam? Quis consolabitur? Quis de ducer? Sed occurront utiq; iustorum animabus angelici sancti, dæmones arcendo, ne illas exeuntes impedi ant, ac ipsas in cœlum cum gaudio deferendo. Porro de iniquarum animarum transitu dicit Bernardus, quod est illis horror in exitu, dolor in transitu, pudor in conspectu gloriae magni dei. Vnde psalmist. Mors peccatorum pessima. Mala in amissione mundi, peior in corporis & animæ separatione, pessima in uermis contritione & ignis concrematione. Et quod othni um pessimum est, in diuinæ contemplationis priuatione. Considera ergo dilectissime mihi frequenter, quod mors non potest declinari, hora mortis non potest investigari, tempus a deo præordinatum non potest immutari. O uita secura ubi conscientia pura, ubi mors sine formidine expectatur, cum dulcedine optatur, & cum deuotione acceptatur. Bona siquidem est mors iusti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter securitatem.

## De gaudijs paradisi &amp; pœnis inferni

Cap. VII.

**O**culus non uidit nec auris audiuit, nec in eorum hominis ascendit, quæ præparauit deus his qui dilige

## SPECULUM

1. Cor. 2.

qui diligunt illum. O anima peccatrix & misera, ut tibi iam uilescant omnia quae sunt in terra, attende diligenter quae & quanta sunt quae preparantur electis dei in cælis. Vnde sciendum quod tot & tanta sunt in cælis gaudia, quod omnes arithmeticci huius mundi non possent ea enumerare, omnes geometrici, dialecticci non possent ea sermonibus explicare, qui a oculari non uidit nec auris audiuit, &c. Gaudebunt quippe sancti supra se de dei uisione, infra se de cæli & aliarum creaturarum corporaliu pulchritudine, intra de corpore & anima glorificatiōe, iuxta se de angelorum & hominū associatiōe. Anselmus vero ponit septem bona corporis, & septem bona animæ, quae iusti habebunt in cœlestis patriæ beatitudine. Et primo ponit bona corporis quae sunt, pulchritudo, uelocitas, fortitudo, libertas, sanitas, uoluptas, æternitas iustorum dices. In illa ergo uita iustorum pulchritudo solis pulchritudini, quae septempliciter quam modo sit speciosior erit adæquabitur, quæadmodum diuina scriptura testat. Fulgebunt iusti inquieti sicut sol in regno patris eorum. Velocitas nos tanta comitur, ut ipsis angelis in cælum dicto citius dilabuntur. Huius quoque uelocitatis exemplum in radio solis licet intueri, qui statim orto sole in plaga orientali, pertingit in ultimo plagæ occidentalis ut in eo perpendamus non esse impossibile quod de nostra dicimus uelocitate futura, præsertim cum in rebus animatis soleat esse maior uelocitas q[uam] in inanimatis. Præualebunt uiribus quicunque meruerint supernis ciuibus sociari, instantum uel nullatenus illis obistere q[uod]q[uam] ualeat uel si mouendo uel tueri redi voluerint quid a suo statu quocumque dixerit

tere non illico cedat, nec in eo quod dicimus ma-  
 fore conatu laborabunt, q̄ nos modo in motu o-  
 culorum nostrorum. Ne, quęso, excidat animo  
 quam adipiscimur angelorum similitudo, quati-  
 bus si hic aut his quę dicturi sumus, aliud exem-  
 plurum non occurrit, ipsa occurrat, atq; in quibus  
 angelis ualere constiterit, etiā q̄que nos ualere pro-  
 bet & afferat. Quicunq; ergo angelorum fue-  
 rint similitudinem assecuti, eorum quoq; liberta-  
 tem necessario assequentur. Itaq; sicut angelis ni-  
 hil obsistit, nec aliquid eis impedire uel constrain-  
 gere potest, quin pro uelle suo cuncta liberrime pe-  
 netrent: ita non erit obstaculum ullum qd nos re-  
 tardet, nec clausura q̄ nos detineat, nec elementū  
 qd nos ad uelle parū obstat. De sanitate qd me-  
 lius dici poteris, qd Psal. canit: Salus, inq; iu-  
 storum a domino. Quibus autem fuerit uera sani-  
 tas, q̄ subire poterit infirmitas. Credere & incun-  
 danter astruere licet sanitatem uitę future, ita iu-  
 gem & incommutabilem ac immobilem fore, ut  
 ineftabili quadam atq; sensibili suavitatis dulce/  
 dine totum hominem repleat, ac om̄e qd alicuius  
 in se uicissitudinis mutabilitatis, aut lesionis suspi-  
 cionis pretendere queat procul arceat atq; repel-  
 lat. In illa futura uita ineftimabilis qdam delecta-  
 tio bonos inebriabit, et dulcedine sui totos eos in-  
 estimabili exundantia satiabit. Qui dixi totos.  
 Oculos, aures, nares, os, manus, pedes, gutt̄, cor-  
 iecur, pulmo, ossa, medulla, exta etiā ipsa & cuna

Psal. 36.

R

## SPECVLVM

Et singillatim, singula quoq; membra eorum in  
commune tam mirabili delectationis & dulcedi-  
nis sensu complebuntur, ut uere totus homo tor-  
rete uoluptatis dei potetur, & ab ubertate domus  
cius inebletetur. Qui ergo hęc bona fuerit adeptus  
non intelligo ad qd corporis sui pro commodo ul-  
terius porrigatur affectus. Solummodo assit ei, q  
cunctos appetere diximus, diuturnitas uite. Sed il-  
la isti minime de erit, qd iusti imperpetuum uinent.  
Sunt etiam alia quę qdē his q digessimus, non mi-  
nus amantur, sed ad animam sicut illa ad corpus  
referuntur, qd nihilominus in septenario numero cō-  
stituta, non modicum placent menti q ipsorū fue-  
rit sapore imbuta. Sunt autem hęc sapientia, ami-  
citia, concordia, potestas, honor, securitas, gaudi-  
um. Sapientia ergo tāta in futuro botis erit, ut co-  
rum q scire uoluerint, nihil sit qd ignorent. Sciet  
enim cuncta q scienda sunt. Fecit enim deus tam  
ea q preterita sunt, quā q huius seculi sunt futura  
Ibi a singulis om̄es ab omnibus singuli cognoscē-  
tur, nec quenq; omnino latebit, q patria, q gente,  
qua stirpe quis editus fuerit uel quid in uita fece-  
rit. Amicitia intātum singulorum intima erga sin-  
gulos suo feroore complebit, ut amor cuiulq; in  
quem sufficiat cuique. Pr̄esertim cum omnes u/  
num corpus sint Christi, & Christus qui est pax  
ipsa, sit omnium caput, nec minori se affectu eō-  
plectantur, quam membra unius corporis sibiūl  
cem copulantur. Amabis ergo omnes ut teipsum

Sapientia  
beatorū  
in futuro  
quanta.

& amaberis ab omnibus, ut ipsi a se. Putas alium  
 dans cris in dilectioē, qñi hoc tibi fuerit in posses/  
 sione. Attramen ipsa transi & contemplare ipsum  
 per quē hęc bona tibi prouenere, & percipies qā  
 ille priusq; tu ipsum & quam omnes alij incom/  
 parabiliter amabit te, & super te ipsum tu ineffa-  
 bili qdā suavitate illum amabis. Si itaq; erit tan-  
 ta in cunctis concordia, ut in nullo sentias aliquę  
 discrepare ab eo qd a te constiterit uelle. Corpus  
 unum erimus, ecclesia una erimus, sponsa Christi  
 erimus, quicunq; ibi erimus. Non ergo maior in-  
 ternos discordia erit qd nunc est inter unius corpo-  
 ris membra. Verum sicut uides in motu oculorū  
 qd illuc qd unus uertitur mox alius sequit, ita quo  
 cung; uelle unum converteris, uelle omnium sine  
 aliqua discrepancioē illico tibi psto habebis. Quid  
 dixi omnium? Ipsa dei uoluntas non erit a tua di-  
 uersa sed sicut tu qd ille, ita ille in cunctis quod tu  
 Caput nāq; a suo corpore quō discreparet. Cūq;  
 itaq; deum & omnes uoluntati tuę concordes ha-  
 bueris, profectio nihil uoles, qd non posses. Omni  
 potēs ergo cris uolūtatistuę, qniam ipsum omni  
 potentem habebis in omnibus concordantem uo-  
 luntati tuę. Itaq; cum hęc tibi tāta potestas affue-  
 rit, honor condecens potestati minim deerit. Igī  
 dum possessione horum honorū qd digessimus fe-  
 lic fueris, nonne sufficiens tibi uideberis? Maxi-  
 me inquis. Itaq; cū ipsa uita perpetuo duret in il-

## SPECVLVM

Ia uita, & hec omnia tibi habeti securitas q̄q; ea  
amplius nō perdendi talia arriserit, obsecro quid  
estimas tibi erit? Securus ergo iatōrum honorū

Gaudiū perpetuo eris, nec alicuius tibi aduersari uolentis  
beatorū incursum timebis. Potest ne ergo illius gaudij mo-  
iexplica dus a q̄quam homine penetrari: Cum ultra milie  
milia & decies centena milia innumerabiles ibi  
sint, & omnes eadem beatitudine perfruātur, nec  
ullus eorum sit, q̄ non tantum de bono alterius  
gaudet, quantum de suo. Prēterea uidentes deum  
ipsum, quem ipsi supra se amabunt ipsos amantē  
& intelligētes inenarrabiliter plus q̄ seipso sillum  
am antem, in gloria eius mira & ineffabili exulta-  
tione exultabunt. Cum ergo iusti fuerint tanta fe-  
licitate beati, restat ut iniusti per contrarium sint  
inestimabili quadam infelicitate miseri. Sicut em̄  
iustos mira pulchritudo, uelocitas, fortitudo, liber-  
tas, sanitas, uoluptas, alacres facit & iubilantes:  
ita iniustos, immamiset inestimabilis foeditas, tar-  
ditas, ibecillitas, seruitus, laguor atq; dolor mœ-  
rentes reddet & eiulantes. Sane diuturnitatem ul-  
te, quam iusti pro fruendis bonis summo amore  
complectē:ur, iniusti pro interminabili poena qua-  
torquebuntur, q̄niam inerit illis summo odio exc/  
crabuntur. De sapientia uero qd dicam non inue-  
nio, nisi q̄a sicut iustis erit in gaudium & honore  
ita iniustis qcquid scient erit in mœrorem & con-  
fusioñem. Amicitia autem qua inuicem p̄i summa  
iucunditate copulabūtur, si qua imp̄is erit, in tot

mentum illis erit. Quo enim magis q̄sq; amabūt  
 eo magis in eorum poena dolebunt. Discordiam  
 habebunt cum omni creatura. & omnis creatura  
 discordabit cum filiis. Hinc ergo pro potestate bo-  
 norum, tanta impotentia eos seqtur, ut omnino  
 nihil eorum q̄ uoluerint possint, & q̄cqd habue-  
 rint, nolint. Igitur pro honore sanctorum obti-  
 nebunt perenne obprobrium. Et hęc q̄ fine clau-  
 dentur. Vere sicut amici dei securi erunt se nunq;  
 amissuros bona sua, ita isti inimici dei omnino de-  
 sperabūt se amplius iam perdituros hęc mala sua.  
 Pro eterno & ineffabili gaudio honorum hęre-  
 ditabunt incogitabilem tristitiam, omnes q̄ pro im-  
 poenitidine reatus sui trāstituri sunt in societatem  
 dēmoniorum. Hęc Anselmus. In illa igitur futura  
 beatitudine, ut ait beatus Augustinus, Deus oēs  
 sensus beatorum spirituali & ineffabili delectati August.  
 one reficiet, cum ipse obiectum om̄ium sensuum  
 sit futurus. Erit namq; deus speculum uisui, citha-  
 ra auditui, mel gustui, balsamum olfactui, flos ta-  
 ctui, q̄a propterea deus homo factus est ut totum  
 hominem in se beatificaret, unde sensus interior  
 reficietur in contemplatione diuinitatis, & sensus  
 exterior in contemplatione humanitatis. Et breui-  
 ter secundum Augustinum & Gregorium, Tan-  
 ta est ibi pulchritudo iustitiae, tanta iucunditas  
 lucis eternae, ut etiam si non liceret in ea amplius  
 uiuere seu morari, nisi quantum unius diei mora,  
 propter hoc innumerabiles huius uite dies pleni

Grego.

R. iii

## SPECVLVM

- Psal. 83. delicijs & circumfluentia temporalium honorum  
recte meritoq[ue] contemnerentur, Non enim falso  
aut paruo affectu dictum est, quia melior est dies  
una in atrij tuis super milia. Bernardus: Quis in  
Bernar. hac uita pensare potest, quanta sit illa felicitas be-  
atorum uidere deum esse cum deo q[uod] erit omnia in  
omnibus, habere deum q[uod] est summum bonum,  
& ubi est summum bonum, ibi est summa felici-  
tas, summa iucunditas, uera libertas, perfecta  
charitas, eterna securitas & secura eternitas. Au-  
gustinus dicit. O gaudium super gaudium uidere  
deum q[uod] eum q[uod] saluauit eum, q[uod] glorificauit eum,  
uidere faciem dei sui q[uod] i est summum bonum, gau-  
dium angelorum atq[ue] omnium sanctorum. Qui  
quidem deus secundum Gregorii tam inestima-  
bilis pulchritudinis est, ut angeli q[uod] solem septem/  
pliciter sua uincunt pulchritudine, iugiter in eum  
insatiabiliter desiderent prospicere. Item Augu-  
stinus, Nulla ibi cosurget malitia, nulla carnis mi-  
seria, nulla iam peccandi uoluntas nec delinuen-  
di potest, sed totu[m] exultatio, totum letitia pos-  
siderbit, homines angelis sociati. O anima mea iā  
uidisti quanta sunt iustorum gaudia, q[uod] grandis le-  
titia, quanta serenitas quanta iucunditas illius su-  
perne ciuitatis. O felix iucunditas, o iucunda felici-  
tas, sanctos uidere & cū sanctis esse & esse san-  
ctum, deum uidere, deum habere in eternum etul-  
tra. Si q[ui]tidie oporteret nos tormenta perferre, si  
ipsum geennam longo tempore tolerare, ut Christi
- Grego.
- August.

Rum in gloria sua uidere possemus & sanctis eius  
sociari, nonne dignum erat pati omne qd triste est  
ut tantq gloriq tatiq boni participes haberemur?  
Quapropter anima mea a turba terrenorum de-  
sideriorum secessum mentis petamus, & inde a se-  
creto cordis illicitarum cogitationum tumultus  
expellentes, & intentione patriq superne in amore  
intime getis anhelates, reuertamur ad ciuitatem  
celestem, in qua scripti sumus & ciues decreti. Sic  
ut ergo ciues sanctorum & domestici dei, & sic/  
ut heredes dei, coheredes autem Christi ut ad eū  
cito peruenire valeamus. Si q̄ramus q̄modo hoc  
sieri potest, uel q̄bus meritis uel auxilijs. Audi, res  
ista posita est in potestate facientis, quoniam regnum  
celorum uim patitur. Regnum celorum, o homo  
aliud non q̄rit premium, nisi te ipsum, tantum ua-  
let quantum es, te da & habebis illud. Quid turbas  
ris de precio? Christus semetipsum tradidit, ut ac  
quireret te regnum deo patri. Ita tu temetipsum  
da ut sis regnum eius, ac non regnet peccatum in  
tuo mortali corpore, sed spiritus in acquisitionem ui-  
te. O peccatrix anima & misera si hec que tibi  
sam dixi de gaudijs et excellentijs, q̄bus sancti et  
electi dei in eternum gaudebunt in regno celorum,  
non te moueant ad promerendum per poenitentiam  
& per opera virtuosa cum gratia dei regnum ce-  
lestis, timeas & paureas atque timendo considera  
miserabiles conditiones, & poenitentes inferni  
ciuitatis diaboli, ut timore & pauore resurgas

## SPECVLVM

*De pœnib[us] ifm.*

**Grego.**

**Iob. 21:**

**Mat. 16.**

Et reuertaris ad dominum deum tuum toto corde. De quibus pœnis sciendum, q[uia] cum in damnatis sit diuersitas peccatorum, erit etiam diuersitas pœnarum. Vnde Gregorius: Vnus qdem gen[er]e ignis credendus est, sed non uno modo crucias omnes peccatores. Vnusq[ue] enim quantum exigit culpa, tam sentiet de poena. Sicut ab eodem igne aliter uritur palea, aliter lignum, aliter ferrum. Iste ignis taliter inflammatus est ab ira iudicis sacerdos, q[uia] nouo incendio non indigebit usq[ue] in semipernum. Vnde Iob. Devorabit eos ignis q[uia] non succendetur. De acerbitate huius ignis dixit Sebاستیانوس cui angelus ad aurem stabat, q[uia] iste ignis sensibilis ita se habet ad ignem ge[n]eralē sicut ignis depictus in pariete ad istum sensibilem. De isto igne erit secundum Isidorum, in inferno aliqd obscuri luminis, q[uia] damnati uidere possint unde doleant, non unde legitentur. Eos q[uia] prope quos reprobi nūc inordinate diligunt, secum tunc in tormentis uidebunt, ut pœnam proprię cognitionis exaggeret carnalis cognatio autori preposita pari ante oculos ultione damnata. Hic solet q[uia] ianuam damnati uideant gloriam beatorum. Ad hoc respondet Gregorius in homilia de diuine epulone, sic dicens. Credendum est q[uia] anter retributionem extremi iudicij iniusti in requie quosdam iustos conspiciat, ut eos uidentes in gaudio, non solum de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti vero in tormentis semper intuentur iniustos, ut hinc eorum gau-

dium crescat, qā malum cōspiciunt qā misericō  
diter euaserunt, tantoqz maiores erectori suo gra  
tias referunt, quanto uident in alijs qā ipsi perpeti  
si essent relicti potuissent. Et ut idem alibi ait, Nō  
fuscabit beatitudinem iustorum aspecta poena re  
proborum, quoniam ubi iam compassio misericō  
non erit, beatorum lētitiam minuere non ualebit.  
Et si enim in natura suę bonitatis misericordiam  
habent, iam tunc autoris sui iustitę coniuncti, to  
ta rectitudine coniungentur, ut nulla ad reprobos  
compassione moueantur. Vnde dicit Prosper, qā Prosper  
tunc filiorum parentum coniugum miseria bea  
tos contristare non poterit. Videbunt autem da  
mnati beatos ante diem iudicij non hoc modo, qā  
gloriam eorum qualis sit cognoscant, sed solum/  
modo cognoscent eos esse in gloria quadam inc  
lūmabili. Et ex hoc cruciabitur, tum propter in  
vidiam dolentes de felicitate bonorum, tum pro  
pter hoc, qā ipsi talem gloriā amiserunt. Sed post  
diem iudicij omnino beatorum uisione priuabun  
tur, nec tamē ex hoc eorū poena minuetur sed au  
gebitur, qā memoriam habebunt beatorum glo  
rię, qā in iudicio & ante iudicium uiderūt, & hęc  
erit eis in tormentum. Sed ulterius affligentur ita  
hoc, qā uidebunt se indignos reputari etiam uide  
re gloriam, quam sancti merentur habere. Item  
potest qri an damnati uideant, qā in hoc mundo  
aguntur. Ad hoc respōdet Gregorius pertractās  
illud Iob. Siue nobiles fuerint filii eius siue igno/  
12. mo<sup>g</sup>. Iob. 9.

## SPECVLVM

An dāna  
nī uideāt  
ea q̄ i hoc  
mundo a -  
guntur.

biles, non intelligit. Sicut hi q̄ adhuc uiuentes sunt  
mortuorum animē q̄ loco habeantur ignorāt: ita  
mortui uita in carne uiuentium post eos qualiter  
disponatur nesciunt, q̄a uita sp̄ritus longe est a u-  
ta carnis. Quod tamen de animabus sanctis senti-  
endum non est, q̄a q̄ intus omnipotentis claritatē  
uident, nullo modo credendum q̄a sit aliqd foris  
qđ ignorent. Boni ergo uident q̄ fiunt circa suos,  
mali autem non. Et si dicas, magis distat a dāna/  
tis gloria beatorum, q̄ ea q̄ in hoc mundo agun-  
tur, sed ip̄si non uident ea quę circa nos aguntur.  
ergo multo minus possunt uidere gloriam beato-  
rum. Dico, ea quę hic aguntur, non ita affligerēt  
damnatos in inferno, si uiderentur, sicut gloria be-  
atorum inspecta. Vnde non ita ostenduntur da-  
mnatis ea quę hic aguntur, sicut sanctorum glo-  
ria, quamvis etiam eorum quę hic aguntur osten-  
dantur eis quę in eis tristitiam augere possunt, li-  
cet per se non uideant. Item queritur an damnati  
in inferno uelint oīno aliose ēē damnatos. Ad hoc  
dico, sicut in beatis in patria erit perfectissima cha-  
ritas: ita in damnatis erit perfectissimum odium.  
Vnde sicut beati gaudent de omnibus bonis, ita  
mali de omnibus bonis dolebunt. Vnde felicitas  
sanctorum considerata eos maxime affigit, un/  
de uellent omnes l̄bonos esse damnatos. Tāta em̄  
erit inuidia in damnatis, q̄ etiam propinquorum  
glorię inuidebunt, cum ibi sint in summa miseria,  
cum etiam in hac uita hoc accidit crescente inui-

dia. Si tamen minus inuident propinquis quam  
 alijs. Et maior esset eorum poena si omnes propin  
 qui damnarentur & alij saluarentur, quam si ali  
 qui de suis propinquis damnarentur. Et exinde fu  
 it q̄ diues petiit suos fratres a damnatione eripi.  
 Sciebat enim q̄ aliqui eriperentur, maluisset ta  
 men fratres suos non cum omnibus alijs damnari  
 Et scias, q̄ quamuis ex damnatorum multitudi  
 ne poena singulorum augeatur, tamen tantum su  
 percrescit odium & iniuria, q̄ magis eligunt tor  
 queri cum multis, q̄ minus soli. Queretiam po  
 test an mortui, maxime damnati, uel recordentur  
 ea q̄ hic sciuerant. Ad hos dico, q̄ in damnatis e/  
 rit consideratio eorum quę prius sciuerunt, ut ma  
 teria tristitia, non autē ut delectationis causa. Co  
 siderabunt enim & mala q̄ gesserunt, ex q̄bus da  
 mnati sunt, & bona dilecta q̄ amiserunt, & ex u  
 traq̄s torq̄buntur. Pr̄terea scias q̄ duplex po  
 ena in genere erit in iherno. scilicet poena damni &  
 poena sensus, quas tangit Christus apud Matth. 7.  
 ubi dicit, Omnis arbor q̄ non facit fructum bo  
 num, excidetur & in ignem mittetur. De poena  
 sensus q̄ multiplex est, sic dicit Grego super illud  
 Matth. 7. Ejicientur in tenebras exteriores. In in  
 ferno erit frigus insuperabile, ignis inextinguibili  
 lis, uermis immortalis, soetor intollerabilis, tene  
 bre palpabiles, flagella cedentium, hortida uisio  
 demonum, confusio peccatorum & despatio o  
 mniū honorū. Itaq̄ damnati pleni erunt omni na  
 tura

Matt. 7.

Matt. 8.

## SPECVLVM

seria & dolore, habebunt enim fletum in oculis,  
stridorem in dentibus, foetorem in naribus, gemi-  
tum in uocibus, terrorem in auribus, uincula in  
manibus & pedibus, ignisq; ardorem in membris  
suis omnibus. Vnde quidam ait, Infernus est louea  
mortifera, poenis omnibus & miseris referta.

**Isa. 13:** Ibi ut scribit Isaias, Vnusq; ad proximum su-  
**Bar. 11,** um stupebit, facies combusti uultus eorum. Baruch  
Nigre sunt facies eorum a fumo. Nā omnes uul-  
**Iocl. 2,** tus peccatorum redigentur in ollam, ut habetur  
apud Iocle, Item acerbitas poenarum infernaliū  
potest considerari ex fletu & stridore dentium,  
ex desiderio mortis, ex manducaione linguarum  
& blasphemia creatoris, & ex multis alijs his si-  
milibus, q; omnia ibidem sunt uentura, ut patet  
ex locis uarijs scripturarū. Vnde Apocalyp. 16<sup>a</sup>  
Comederunt linguas suas pr̄e dolore, & blasphe-  
maverunt deum celi pr̄e doloribus & uulneribus  
suis. Tanta erit acerbitas poenarum, q; peccato-  
res uita quam omnes appetunt iusta & con-  
tempta, mortem quam omnes fugiunt, ardēti de-  
siderio affectabunt. Apocalyp. 19. In diebus illis  
q;rent homines mortem & non inuenient eam, et  
desiderabunt mori & fugiet mors ab eis. Chryso-  
stomus. Ibi qd agemus, qd respondebimus nihil  
erit ibi nisi stridor dentium nisi ululatus & fletus  
& sera poenitentia, cessantibus undiq; auxilijs, &  
undiq; inualescentibus poenis: sed nec solatium q-  
dem usq; ullum. Nulli enim occurrit oculis no-

His nisi solum poenarū ministri & facies undiq;  
 dura tortorum, & q̄ est omnium deterius, nec ae  
 ris qđem ipsius ullum erit solatium aut lucis. In  
 his autem positis quis tremor, imo q̄ resolutio ui  
 scerum est diuulsioq; membrorum, q̄ aut quantq;  
 omnibus sensibus cruces, nullus nunc poterit ser  
 mo explicare. De pœna damni sic dicit Chrysost.  
 Nonnulli imperitorum putabant sibi esse satiſ &  
 optrabile uideri si geenna tantummodo careant.  
 ego autem multo grauiores quam geennam dico  
 esse cruciatuſ remoueri & abiici ab illa gloria,  
 excludi ab illis bonis que preparatasunt san  
 ctis. Intolerabilis res est geenna & supplicium  
 illud horribile: tamen si mille aliquis ponat ge  
 nnas nihil tale dicturus est, quale est a beate il  
 lius glorię honore propelli, odio Christi haberet,  
 & ab illo audire: non noui uos. Etenim decem mi  
 lia melius est sustinere fulmina, q̄ uultum illū man  
 suetudinis pietatisq; plenum nos auersantem ui  
 dere, & illos totius tranquilitatis oculos nequaq;  
 nos aspicere sustinentes. Sed nequaquam istud pa  
 tiamur, o unigenite fili dei, neq; experiamur in  
 tollerabile illud horredumq; suppliciū. Hęc Chry  
 sostomus. Vę nobis, q̄a de his malis non cogita  
 mus, sed quasi secure torpentes & animę curam  
 negligentes ad hęc sine cessatiōe properamus. Sed  
 dicit forte aliqs, uidetur q̄ iniustus est deus, q̄a ho  
 mo pro uno peccato mortali una hora perpetra  
 to eternaliter punitur, Hanc q̄stionē mouit Gre

Chryso.

## S P E C V L V M

**Grego.**

gorius, & soluit sic. Scire, inquit Petrus, uelim quo modo culpa quam cum fine perpetrata est, sine fine puniatur. Et respondet Grego. hoc recte diceretur, si districtus iudex non corda hominum sed facta pensaret. Inquit enim ideo cum fine deliquerunt quia cum fine uiixerunt. Nam uoluissent utique si potueris sent, sine fine uiuere, ut possent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper uiuere cupiunt, quia nunquam desinunt peccare dum uiuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, quod in hac uita nunquam uoluerunt carere peccato, & nullus detur iniquo terminus ultiōnis, quod quamdiu uixit habere noluit terminum criminis. Alia vero ratio quare peccatum mortale obligat ad eternam poenam potest sumi ex parte eius in quem peccatur, quod est infinita bonitatis & potentiae, scilicet deus. Unde & offensa ipsius infinita poena digna est, quia quanto est maior in quem peccatur, tanto magis peccatum punitur, secundum philosophum. Et Chrysostomus dicit: Omnis iniuria talis est, qualis fuit persona iniuriam patientis. In magna enim persona & si modica fuerit iniuria facta magna est. In modica autem persona & si magna iniuria fuerit modica uideatur. Hec omnia dilectissime mihi cognoscens & corde iugiter recolens, esto sollicitus de salute tua, & istud eternum & crudele infernale supplicium respice, considera in temetipso quod sunt utilia & salubria animus tuus. Quid melius est in presenti seculo pro-

**In 6. ethi**

peccatis plangere & poenitentis crebris obsecra-  
re, aut ibi in ignem eternum sine aliqua utilitate de-  
fere. In hoc enim breui tempore per poenitentiam  
& lachrymas, indulgentiam & consolationem me-  
reris. Plange ergo hic modicum predilectissime,  
ut ne plangas in secula seculorum. Humiliare hic  
ne ibi humilioris in exterioribus tenebris, & mit-  
taris in ignem inextinguibilem. Beatus ille q̄ hic  
positus, festinauerit in die iudicij dignus inueniri.  
Misericordia vero q̄ peccando indignum se a glo-  
ria domini constituerit. In illa hora nubes rapient  
omnes sanctos sursum in celum, impios autē dia-  
boli rapient mittere in caminum ignis ardenteris.  
Quis dabit capiti meo aquam immensam, & o-  
culis meis fontem lachrymarum iugiter emanans  
tem, ut plorē memetipsum die ac nocte obsecrās  
dominum ne indignus inueniar in hora illa aduen-  
tus eius. Et ne audiam illam sententiam formidā-  
dam. Discede a me operarie iniquitatis, nescio te q̄  
sis. Quod a nobis auerat Iesus dñs noster, qui u/  
vit & regnat eternaliter. Amen.

FINIS.

# SPECVLO,

status uitæ humanæ, qui dicit speculū,  
sive stimulus poenitentiæ. Lib. V.

# SPECVLVM

## ¶ Stimulus siue adhortatio, ad poenitentiam. Cap. L.

Sapi. 11.

*L' p'me instancie*  
*Am' datam ex*  
I AM ad ultimum, scilicet ad stimulum poeni-  
tentie, in primo huius totalis libri prologo  
propositum spiritu Iesu operante matrem mit-  
tens, accipio profundamento & loco thema-  
tis illud quod scribit Sapiens: Dissimulas peccata  
hominum propter poenitentiam. Circa materiam  
de poenitentia notanda sunt quatuor, scilicet quod quatuor  
sunt poenitentie incitamenta, quatuor poenitentie  
impedimenta, quatuor poenitentie documenta, & qua-  
tuor poenitentie emolumenta. Quatuor poeniten-  
tie incitamenta sunt ista, amor Christi quem of-  
fendimus, dolor pro gratia quam amissimus, horror  
poenae quam incurrimus, & timor mortis ad quem de-  
currimus. Inter hec quatuor primum incitamentum  
ad poenitendum est amor Christi, quem offendim-  
us. Si enim Christi beneficia cogitemus, & no-  
stram ingratitudinem ponderemus, non est dubi-  
um quod si usum rationis habemus, occasionem poe-  
nitentie sentiemus. Scribit naturales, quod harpoea  
avis est habens faciem quasi hominis. Sed est avis  
multum crudelis et ferox, in tantum, quod interdum  
fame stimulante hominem inuadit & occidit. Si/  
tiens ad aquam uolat ut bibat, ubi faciem suam  
intuens & sibi similem semper occidisse recolli/  
gens, tanto dolore compatitur, quod exinde quando  
que moritur. Quid igitur nos ratione uigentes fa-

Chri bñsi  
ciorum et  
nre ingra-  
titudinis  
collatio.

eiemus, quando dominum nostrum & fratre no-  
 strum Christum q̄tum nostra interfuit nos occi-  
 disse cognoscimus. Hoc autem uidemus expresse,  
 cum uerbum dei audimus, uel deuota sanctorum  
 scripta legimus. Et quicunque non poenitet de  
 peccatis ista recogitans, non est perfecte Christia-  
 nus nec euangelio Christi credit. Et ido signanter  
 dicitur Marci. 1. Poenitemini & credite. Secun-  
 dum incitamētū est dolor pro gratia q̄ amissimus  
 Efficimur enim per culpam de filijs dei filij diabo-  
 li, de familiaribus & amicis Christi, hostes & p-  
 ditores & emuli, & de regni cœlestis h̄c redibus  
 sumus exules & proscripti. In libro de naturis re-  
 rum dicitur, q̄ sit quedam auis quę uocatur auis  
 paradisi, q̄ propter insignem pulchritudinem sic  
 uocatur. Sunt enim penne eius auis adeo pulchre  
 & mirabiles, q̄ nullus color eis deesse creditur.  
 Vox eius est ita dulcis & pia, q̄ possit in homine  
 deuotionem & gaudium excitare. Hęc auis si ca-  
 pta fuerit & illaqueata, irremediabiliter plangit  
 & gemit, nec unq̄ plangere desinit, donec redditā  
 fuerit libertati. Moraliter auis ista est figura &  
 exemplum animę Christianę. Hęc anima quādo  
 est in gratia est auis pulcherrima, q̄a in ea relucet  
 imago trinitatis naturaliter sibi impressa. Imago,  
 inq̄, decorata uirtutibus & grā, ut nihil sibi desit,  
 quin sit dei figura & patrię cœlestis incola gratio-  
 sa. Ista illaqueatur & capitur in laqueo d̄emonis,  
 quādo peccar. Quid ergo restat ei facere, nisi plan-

## SPECVLVM.

gere & plorare, flere & dolere, & incessanter peccatorem, donec per gratiam reconciliationis in statu pristinum reducatur, & de bufone diaboli fiat denuo avis paradisi. Sic plaxit & gemuit sanctus Iatro, iuxta Christum suspensus, donec a fonte gratiae, Christo a quo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem & gratiam obtinuit, audiuit.

**Luce. 23.** Amen dico tibi, hodie tecum eris in paradyso.  
Et ideo bene dicitur Matthaei, 2. Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum coelorum. Tertium incitamentum poenitentiae est horror poene & incursum. Istum horrorem satis sibi impresserat sanctus Iob, quando dixit. Dimitte me ergo ut plangam paululum dolorem meum antequam aduersum & non reuertar ad terram tenebrosam &

**Iob. 10.**  
**Heb. 10.** & opertam mortis caligine, terram miserie & tembrarum, ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Et Apostolus ad Hebreos. Horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Vnde beatus Gregorius. Horrendo modo fit miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, & mors semper uiuit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit, mors perimit & non extinguit, dolor cruciat, sed paucorem non fugat, flama comburit sed tenebras non excutit. Hec Gregorius. Istud poenitentiae incitamentum multos mouit, quia sic a timore poene qui est timor seruialis & individualis dignitur timor filialis, sicut seta procedit si-

**6. Mora,**

lum secundum August. Et sic incœpit Iohannes  
 baptista prædicare Iudeis, Pharisæis ac Saducæis  
 dicens: Progenies uiuperarum quis uobis demon-  
 strabit fugere a uætura ira? Facite ergo fructum  
 dignum poenitentie. Matthæi. 3. Quartum incita-  
 mentū poenitentie est timor mortis qua ad poenam  
 transcurrimus. Hęc enim ratio est secundum bea-  
 tum Grego. quare deus diem mortis nostrę nobis  
 incertum esse uoluit, ut dum semper ignorat̄ sem-  
 per proximus esse credatur, & ideo semper para-  
 ti inueniamur. 12. Moral Poenitentia autem post  
 mortem est impossibilis, quia homo in morte de-  
 sinit esse uiator. Poenitentia prope mortem est ual-  
 de difficultis, tum quia dolor lèguoris corporis oc-  
 cupat totaliter uires mentis, & cum homo tantum  
 unicum cor habeat non habet pro tunc ubi dolo-  
 rem pro culpa producat, tum quia homo tunc nō  
 potest esse certus an doleat p̄ peccato suo ductus  
 timore an ductus amore. Vnde beatus August. in  
 quodam sermone & ponitur in catione de poeni-  
 tentia dis. 2. Quando morbus urget & pena ter-  
 ret, ad ueram uix q̄s ueniet satisfactionem, maxi-  
 me cum filij q̄s illicite dilexerat sint presentes, ux-  
 or & mundus ad se uocent, multos enim solet se-  
 rotina poenitentia decipere. Hęc August. Quando  
 enim persona nobilis infirmatur grauiter, uixin-  
 venitur aliquis qui de animę suę salute audiat sibi  
 loqui. Executores solicitātur circa diuitias & the-

## S P E C V L V M.

**Ecc. 2.** sauros, medici circa corporis medicinam, uxor filij & amici contra conscientiam, consolantur infirmum mentientes, & sic miser non permittitur de peccatis suis cogitare, nec animę sue statū salubriter ordinare, & sic iusto dei iudicio se damnationi exponit. Vnde Ecclesiasticus. Si poenitentiam egerimus incedemus in manus dei, & non in manus hominum. In manus hominum incidimus si sacramentum poenitentie debito modo suscipimus. Sed in manus dei incidimus, qn post mortem tempus sacramentorum transimus.

### De impedimentis poenitentiae.

#### Caput II.

*Conatus pme  
mp. dimic.  
f m*

**S**ecundo dicebam, qd quatuor sunt poenitentie impedimenta, uidelicet pudor propalandi, timor recidiandi, ardor delectandi, torpor prestolandi. Primo ergo uolenti efficaciter poenitere obijcit pudor qd homo confunditur alteri hominum reuelare illud quod solum notum est deo & angelo & demonibus, & forte multis sanctis animabus & peccati. Et iste pudor est primus armiger, quem diabolus mittit cōtra uolentem salubriter poenitere. Vnde qdam sanctus uidit diabolum inter poenitentes incedere & facientem eos erubescere in ecclesia, dum pararent se ad confessionem. Qui adiuratus a qdam sancto & interrogatus, qd inter eos poenitentes faceret

Respondit. Reddo qd abstuli, uerecundiam eis abstuli quando peccauerūt & modo eam ipsis restituuo, ne possint confiteri. Sicut enim lupus ouem per guttur accipit non per pedem & uulpes gallinam, ita diabolus guttur peccatoris cōstringit pudore. Vnde beatus August. in psal. O homo qd timeres confiteri? Illud qd per cōfessionem scio, minus scio, q illud quod nescio. Cur confiteri erube scis peccata tua peccator, sicut tu homo sum, humanum apud me: nihil alienum, cōsideretur homo homini, homo peccator homini peccatori, elige qd uis. Si non confessus lateſ, inconfessus damnaberis, ad hoc deus exigit confessionem ut liberet hominem, ad hoc damnat non confititatem ut puniat superbū. Secundum poenitentię impedimentum est timor recidiuandi, & ifie est secundus ar-  
 miger, quem diabolus mittit statim contra pœnitente uolentem. Quomodo, inquit, pponis tu semper de cetero a peccatis abſtinere, poteris imperpetuum uiuere continenter. Ad qd proderit tibi hodie confiteri & postcras labi in consimile? Et non aduertit homo fatuus, q̄ ideo statuitur sacramētum poenitentię ad manum, ut quotiens recidiuamus totiens resurgamus. Tertium poenitentię impedimentum est ardor delectandi, & est tertius ar-  
 miger obuiatus poenitenti. Recolit enim homo misericordiam prehabitam in peccatis, & uidetur sibi, q̄ sine ea non possit ducere uitam suam & manente tali inordinata affectione impossibili-

Augustus

S ij

## S P E C V L V M

4<sup>o</sup>

Ie est utiliter poenitere. Chrysost. in lib. de compū  
etiōe cordis. Sicut impossibile est ut ignis in flam-  
metur in aqua: ita impossibile est compunctiōem  
cordis uigere in delicijs. Contraria enim sibi p̄sp̄s  
sunt ad inuicem & peremptoria. Illa enim est ma-  
ter fletus, illa mater risus, illa cor constringit, ista  
dissoluit. Quartum & fortissimum impedimentū  
poenitentie est corpor pr̄stolandi qui oritur ex du-  
plici presumptione. uidelicet ex presumptione ui-  
te prolixę, & finalis uenię diuinitatis concedendę.  
Et iste quartus armiger ut commutat omes im-  
pedit, cōfidunt de futuro, promittunt in posterū,  
procrastinant in longinquum, & dicunt cum cor  
uo cras. cras cras donec morte subita perielitetur  
Queritur utrum poenitentia sit de necessitate salu-  
tis. Et arguit q̄ non per glosam quę habetur sup  
allo psalmo. Qui seminant in lachrymis, in exulta-  
tione metent, q̄ dicit sic: Noli esse tristis si affliti  
bi bona uoluntas unde meritur pax, sed tristitia est  
de ratione poenitentie. Iuxta dicta Apostoli secun-  
de ad Cor. q̄ secundum deum est tristitia poeniten-  
tiā in salutem stabilem operatur. ergo bona uo-  
luntas sine poenitentia sufficit ad salutem. Secūdo  
arguitur per illud quod scribitur in proverbiis,  
duodecimo. Vniuersa delicta operit charitas. Et  
infra capite decimoquinto. Per misericordiam &  
fidem purgantur peccata. Ergo habendo fidem  
charitatem & misericordiam potest unusquisque

2. Cor. 7

salutem conse<sup>q</sup> etiam sine poenitentie sacramen-  
to. In oppositum arguitur per illud quod domi-  
nus dicit Luce octauo. Si poenitentiā nō egeritis,  
omnes simul peribitis. Pro responione dico. q  
aliquid est necessarium dupliciter, uno modo ab-  
solute, alio modo ex suppositione. Absolute qui-  
dem necessarium est illud, sine quo nullus salutem  
consequi potest, sicut gratia Christi & sacra-  
mentum baptismi, per quod aliquis in Christo renasci-  
tur. Ex suppositione autem necessarium est sacra-  
mentum poenitentie, quod qdem necessariū nō est  
omnibus sed peccato subiacētibus. Dicitur enim  
secundo Paralipomenon ultimo: Et tu domine iu-  
storum non posuisti poenitentiam iustis Abraham  
Isaac & Iacob, his q tibi non peccauerunt. Pecca-  
tum autem cum consummatū fuerit generat mor-  
tem, ut dicitur Iacobi primo. Et ideo necessarium  
est ad salutem peccatoris, q peccatum remouea-  
tur ab eo. Quod qdem fieri non potest sine poeni-  
tentie sacramento, in quo operatur uirtus passio-  
nis Christi per absolutionem sacerdotis simul cū  
opere poenitentis, q cooperatur gratię ad destru-  
ctionem peccati. Sicut enim dicit beatus Augusti-  
nus super Iohannem, Qui creauit te sine te, non ius-  
tificabit te sine te. Vnde patet q sacramentum  
poenitentie est necessarium ad salutem post pecca-  
tum, sicut meditatio corporalis postquam homo  
in morbum periculoso sum inciderit.

## S P E C U L V M

19 P<sup>m</sup>

19 z<sup>m</sup>

Hie. 14.

**A**d primam rationem in contrarium dicendum. Quod glosa illa uidetur esse intelligenda de eo cui adest bona uoluntas sine interpolatione, q̄ sit per peccatum, tales autem nō habent tristitia causam sed ex q̄ bona uoluntas tollitur per peccatum, nō potest restitui sine tristitia, qua quis dolet de peccato preterito, & pertinet ad poenitentiam. **A**d secundā dicendum, q̄ ex q̄ aliquis peccatum incurrit, charitas & fides & misericordia non liberat hominem a peccato sine poenitentia. Reqr̄it enim charitas, q̄ homo doleat de offensa in amicū commissa, & q̄ amico reconciliari studeat. Reqr̄it etiam ipsa fides, ut per uirtutem passionis Christi q̄ in sacramentis ecclesię operatur, q̄rat iustificaria peccatis. Reqr̄itur etiam ipsa misericordia ordinata, q̄ homo subueniat poenitendo suę miserie, quā per peccatū incurrit. Iuxta illud Hieremias. Miseros facit populos peccatum. Vnde & Ecclesiastici 3. dicitur, Miserere animę tuę, placens deo.

**¶ De documentis poenitentiæ.**

**Caput III.**

Quatuor Torn.  
princ. vñl. pñg. de

P<sup>m</sup>

**C**irca tertium principale sciendum, q̄ quatuor sunt documenta poenitentię utiliter peragendę, uidelicet solicitude pre cogitationis, plenitudo confessionis, amaritudo compunctionis, fortitudo satisfactionis. Primo igitur ad hoc, q̄ poenitentia de peccatis utiliter in

chaetur, necessaria est sollicitudo præcogitationis.  
 Quis enim prepositus uel baliuus est q̄ bona ali/  
 cuius domini per mensem expendisset, i.e. expertus  
 de bonis domini, domino & toti hospitio p̄ mē-  
 sem fecisset, & præsumeret compunctum facere si  
 ne præmeditatione sollicita. Peccator autem mul/  
 ta bona a deo recepit dispensanda, uidelicet bona  
 gratiæ, bona naturæ, bona fortunæ, & omnia ista  
 male consumpsit pro maiori parte, q̄modo rigi-  
 tur subito & eximproviso ad confessionis com/  
 punctū se auderit ingerere. Nam sicut medicina  
 purgativa corporis presupponit præparatiuam,  
 sic etiam medicina spiritualis q̄ purgat animam a  
 peccato & sanat, q̄ est cordis contritio & oris cō-  
 fessio, regrit aliquam medicinam præparatiuā pri-  
 mam, uidelicet attritionem & recogitationē pec-  
 catorum commissorū. Iuxta qd scribitur primo  
 Regum, Deus scientiarum dominus est, & ipsi p̄  
 parantur cogitationes. Et prima ad Corinthios 5  
 dicit Apost. Expurgate uetus fermentum. Et ideo  
 dixit signanter Ezechias, Quid dicam aut qd re-  
 spondebo tibi, cum ipse fecerim? uidelicet tot er-  
 rores cogitando, loquendo, operando & omittē-  
 do. Et respondet. Recogitabo tibi omnes annos  
 meos in amaritudine animæ meæ. Sed huius cōtra-  
 rium communiter fit. Præsumunt enim nonnulli  
 in dimidia hora per confessionē satisfacere de cul-  
 pa, pro qua uix sufficeret septimana si eēt bene ex-  
 aminata, non interrogant, non examinant semet-

1. Re. 2.

Isa. 38.

## S P E C V L V M

ipsoꝝ pr  manibus, & ideo n  possunt integre pos-  
nitere. Iuxta q d scribitur Hierem  octauo. Nu-  
lus est q  agat poenitentiam super peccato suo di-  
cens, Quid fecis? Cuius oppositum fecit Psal. Dixa-  
isq t, confitebor aduersum me iniustitiam meam  
domino. Vbi dicit Glosa, Dixi i. prius deliberaui  
apud me, hoc, scilicet q d ego c fitebor aduersum  
me iniustitiam meam domino. Multi enim conti-  
tentur iniuriam suam, sed aduersus deum & non  
aduersus seipsoꝝ, quando enim inueniuntur in pec-  
catis, statim dicunt, ego non feci hoc, aut dicunt,  
hoc non est peccatum, sed deus uoluit. Alij dicunt  
fat  mihi fecit, stelle mihi fecerunt, & ideo per cir-  
cuitum nituntur uenire ad accusandum deum, stel-  
las enim ipse fecit & ordinavit, & ita per eas uo-  
lentes ostendere q , deus fecit ut peccarent. Sed ue-  
re poenitens ait, Ego peccauit non fatum, non for-  
tuna, non diabolus me coegit, sed ego persuaderi  
consensi. H c Glosa. Veri ergo poenitentes pre-  
cogitant & deliberant, quomodo possint lemedio  
accusare. Sed falso poenitentes deliberat quo  
modo possint deum accusare & excusare scipioꝝ.  
Secundo debet habere poenitentia amaritudinem  
compunctionis exemplo beati Job dicentis, Lo-  
quar in amaritudine anime me , dicam deo, noli  
me condemnare. Mulier bene concipit foetu-  
num sine dolore naturaliter, sed nunq  fuit mulier  
que peperit sine dolore, nisi una sola, scilicet beata  
virgo Maria miraculois. Anima quando peccat,

z. "Donum deu-

Concipit foetum a diabolo et hoc sine dolore, imo  
 cum delectatione p̄t̄m concipit, parit autem q̄n  
 confitetur & prodit in lucem cōfessori suo, & nō  
 potest esse sine dolore contritionis poenitentie. In  
 cuius figuradicitur Iohannis 16. Mulier cum pa-  
 rit tristitiam habet &c. Sed sicut mulier cum par-  
 turit, dolet amarissime, cum autem peperit, gan-  
 det & se sentit alleuiatam. — Ita persona grauida  
 peccato, quando proponit cōfiteri ante confessi-  
 onem & tempore confessionis tristis est & ama-  
 ra, sed confessione finita uidetur esse quasi libera-  
 ta & iustificata. Vnde omnis homo post confessi-  
 onem sentit se alleuiatum a pondere peccati p̄ ex Iudith. 8.  
 istente. Vnde dicebat illa sancta vidua Iudith.

Quia patiens est dominus, poeniteamus, & eius  
 indulgentiam fusis lachrymis postulemus. Et sic/  
 ut nulla mulier q̄tumcunq; nobilis, & delicata sit  
 potest euadere, quin indigeat aliqua obstetricie, &  
 quin se ostendat alicui obstetrici uelit nolit, ita nul-  
 la persona est ingrauidata peccato, quin aliquo/  
 mine indigeat pro confessore. Iuxta illud Iacobi,  
 Confitemini alterutrum pettata uelira & orate  
 pro inuicem, ut saluemini. Et qui istum dolorem  
 uel amaritudinem nunc reculant, multo maiorem  
 experientur dolorem quando suum peccatum co-  
 ram toto mundo ostendent facientes poenitenti-  
 am, sed non fructuosam, quia secundum quod  
 scribitur Sapientie quinto. Dicent intra se poeni-  
 tentiam agentes & p̄ angustia spiritus gemēta.

Iaco. 1.

## S P E C V L V M

3<sup>o</sup> Domini

Apo. 3.

Hi sunt quos aliquid habuimus in derisum:  
Tertio debet poenitentia habere plenitudinem co-  
fessionis, ut non sit compilata nec abbreviata, nec  
colorata, nec excusata, nec depicta, nec diminuta  
sed plena debet esse sufficiens & totalis. Sudor u-  
niuersalis in infirmo signū est sanitatis. Sed quan-  
do unum membrum sudat & aliud manet siccū,  
signum est infirmitatis & non convalescentię. Et  
codem modo confessio, si est plena, significat fami-  
ratem, si diminuta, signum est infirmitatis, sicut a-  
liq̄ consitentur de gula & de ira, & de q̄busdam  
alij, de luxuria uero & de rapina nihil. Vnde de  
q̄libet tali confessionem diminutam & trūcatam  
& non plenam & integrā facienti dici potest il-  
Jud Apocalyp. Non inuenio opera tua plena corā  
deo meo. In mente igitur habe qualiter acceperis  
& audieris & serua & poenitentiam age. V in-  
centius in speculo naturali narrat de quodam pi-  
scē marino, q̄ centipes dicitur a multitudine pe-  
dum. Iste piscis dum hamū pescatoris senserit suis  
visceribus inhērere, timorē mortis imminentis ui-  
scera sua quadam industria naturali effundit &  
hamum euoluit, & iterū uiscera sua restituit &  
sic mortem euadit. Moraliter hamus diaboli est  
peccatum infra delectationem, sicut hamus infra  
escam, subtiliter inuolutum. Homo hamo capi-  
tur, quando propter delectationem peccatum co-  
plectitur. Luxta illud Ecclesiastici. 2. Sicut pisces  
capiuntur hamo, & aues comprehendunt laqueos,

Nic apprehenduntur homines in tempore malo. Hamus iste uiscera torquet, quando peccatum conscientiam remordet. Igitur summum remedium tunc est hamum cum uisceribus, id est, peccatum cum suis circumstantijs per confessionem effunde te coram deo. Iuxta doctrinam psal. Effundite coram illo corda uestra, & postea cor lotum & ab lutum per poenitentię sacramentum resumamus, & sic recuperabimus salutem. Iuxta illud ad Ro ma. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vnde apostolus secundę ad Corinth. Quę enim secundum deū tristitia est poenitentiam in salutem stabilem operatur. Quarto poenitentia debet habere fortitudinem satisfactio nis, ut homo se non fingat debilem uel insirmū ad satisfaciendum pro peccatis suis, sed potius forte & sanum. Narrat Ambrosius in Hexameron de opere sextę diei. Quod elephas est tantę fortitudinis, qđ sufficit turrim ligneam cum multis armatis, qđ sufficit audacię, qđ nullo clypeorum retisportare tantę audacię, uigilant, transeunt maria, fatigantur & fustigantur, sed ad faciendā uiam modicam poenitentiam pro peccatis suis trident. Iuxta illud qđ scribitur in psal. Trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Huius oppositū

Psal. 61

Ro. 10.

Co. 7.

Rerum Domini

## SPECVLVM.

Luc. 3.

Iuadet beatus Iohannes Baptista, dices, Facite ei  
go fructus dignos poenitentie. Exemplum beate Ma-  
riæ Magdalene de qua beatus Gregorius in qua-  
dam Homilia sic dicit, Quot habuit in se Maria  
oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Cōuer-  
tit ad numerum virtutum numerum criminum,  
ut totum inseruiret deo in penitentia, q̄cqd ex se  
contempserat deum in culpa.

### De emolimentis poenitentiae.

Cap. III.

Emolumēta pme 2<sup>o</sup>

**C**irca quartum principale notandum est, quatuor sunt poenitentie emolimenta. Nam per poenitentiam Christum nobis reconciliamus, angelos letificamus, animas nras  
imo nosmetiplos reformamus, & demones con-  
**Hier. 18** futamus. Dico ergo primo, q̄ per poenitentiam Christum nobis reconciliamus. Vnde Hic remias Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego poenitentiam super malo qd cogitauit ut facerem ei. Ecce mirabilis modus reconciliationis tanti domini, q uult quasi ad paria iudicari cū homine seruo suo. Vnde ad modum hominis loquitur de seipso dicens, Si homo uult poenitere de peccato suo, ipse etiam uult poenitere de malo qd cogitauit ut faceret ei. i. uult ad modum poenitentis se habere. Sic & nobiles imperatores pulchrū uindictę genus re-

putauerunt ignoscere, & nox̄is poenitētibus con-  
 cedere ueniam post reatum, sicut dicit Petrus de  
 uineis in quadam epistola. Secundo angelos letissi-  
 camus. Iuxta illud Luce, Gaudium erit corā an-  
 gelis dei luper uno peccatore poenitentiam agen-  
 te. Legimus 3. Regum 6. Quod Salomon fecit an-  
 gelos fieri in propiciatoriō templi, de quibus quatu-  
 or ibi legimus. Fuerunt enim ille imagines de li-  
 gnis oliuarum, secundo habuerunt alas extensas,  
 tertio habebant pedes obliquos & elevatos et ad  
 ambulandum paratos, quarto peruersis vultibus  
 mutuo se respiciebant. Primo ergo fuerunt isti no-  
 vii angelii Salomonis de oliua syluareum. Anti-  
 quitus enim fuerunt ferrei propter incompassione  
 & duritiam, quia hominibus non compatiebant  
 nunc autem sunt de lignis oliuarū, quia nobis mi-  
 sericordes & p̄f facti sunt. Primi habebant alas  
 dimislas, quia inuite & cum difficultate ad homi-  
 nes ueniebant, sed quia modo cito ad nos ueniente  
 ideo alas expansas habent. Olim laudabant deum  
 soli, sed modo in laudando hominibus se sociant.  
 Olim naturam nostram quasi infirmam despicie-  
 bant, modo uidētes eam in Christo exaltatam in  
 stuporem & admirationem conuertuntur. Vnde  
 se mutuo respicere dicuntur, quia de innovatione  
 nature nostrę specialiter admirantur. Et nota, q̄  
 dixit poenitentiam agentem, & non dixit poenite-  
 tiam cogitante, quę est poenitentia procrastinata.

Luc. 14.

## SPECVLVM.

elum, nec dicit poenitentiam docente & non faciente, q̄ est poenitētia uerbosorum prēdicatorum, nec dicit poenitentiam ostendente, q̄ est poenitētia hypocritarum & simulatorum, sed poenitentiam agente, q̄ est poenitētia deuotorum. Gaudient ergo angeli de poenitentia peccatoris. Primo q̄a uident suę custodię commissum tam gatriosum fructum consecutum, sicut medicus gaudet, quando uiderit suę curę commissum reparatum & consuetę ualitudini restitutum. Secundo q̄a uident ex peccatoribus conuersis suum adimpleri numerum. Tertio, q̄a uident ad laudandum deū se tale habere consortium. Igitur per nostram poenitentiam angelos ieiificamus. Tertio nosmet ipsos per poenitentiam reformamus. Sicut enim docet Boethius q̄rto de consola. Homo secundū uaria uicia q̄bus indulget, in naturam bestiarum transformatur, sicut inquietus in lingua comparatur cani, insidiator callidus uulpi, acediosus asino, luxuriosus hirco, & sic de alijs. Ratio huiusmodi est, q̄a anima hoī est sicut cera mollis. Cera enim calefacta & mollificata recipit effigiem illius rei cui applicatur. Vnde si applicetur sigillo cui impressa est figura leonis, induet cera effigiem leonis, si applicetur sigillo cui insculpta est forma lupi uel uulpis, cera cōsimilem induet figuram. Isto modo, anima rerum, q̄bus se per amorem applicat, effigiem induit, & in illas se transformat. Vnde dicit uenerabilis Hugo in lib. de arra animę, ¶

Nra poenitentia angelos ieiificat.

ea uis est amoris ut talem se esse necesse sit, quale  
est id quod amas, & quod tibi per affectum coniungis, necesse est ut in ipsis similitudinem dilectionis  
societate transformeris. Figuram de hoc habemus apud Daniel.4 Nabuchodonosor propter culpam suam ab hominibus est electus &  
scenum ut bos comedat, sed postea recuperavit penitens quod amiserat. Sed notandum, quod poenitentia hominis reformativa tres habere debet conditiones, uidelicet integritatem, taciturnitatem, diuturnitatem. Quae quidem conditiones per tres literas huius dictioonis homo designantur. Hoc uero non litera, sed aspirationis nota secundum Priscianum. Per primum enim o, signatur integritas poenitentiae. Integrum enim est quod plenum est & circularare, & circularis figura perfectissima & plenissima est, & circulus inter figuram super scilicet s. pars corporis, per quam homo peccauit, puniat. Sic etiam sicut quilibet peccauit uidelicet lingua pro multiloquio puniatur orationibus, pedes peregrinationibus, uenter ieunijs. Per secundam litteram, scilicet m, designatur taciturnitas, que ad poenitentiam requiritur, ne fiat pompa vel ostentatione. Et bene in signat taciturnitatem, quia illa sola inter alias literas potest proferri labijs clausis

T

## SPECVLVM.

& labrys suauiter imprimitur. Tertia litera est o,  
& signat diuturnitatem siue finalem perseveran-  
tiam, quia in alphabeto gr̄eco est o litera finalis.  
Poenitentia autē si perfecta est usq̄a d finem esse  
debet, & talis hominem reformat de bestiali natu-  
ra ad humanam, non tamen sine aspirationis no-  
ta, quia nisi spiritus sancti gratia per suam beni-  
gnitatem hominem moueat, salubrem poeniten-  
tiam non attentat. Iuxta dictum Apostoli ad Ro-  
manos. Ignoras quoniam benignitas dei ad poen-  
<sup>Rom. 2</sup>  
<sup>1. m. v. enolu. 3</sup> tentiam te adducit. Quartum emolumentum pœn-  
tentie est q̄d per eam demones confutamus. Ve-  
hementer enim confunduntur, quādo eorum pro-  
dimus consilium, quando eorum euadimus carce-  
rem, quia propter hoc a suis principibus grauius  
affliguntur, sicut custodes carcerum pro euasione  
incarceratorum puniuntur. Valde ergo agitantur  
inuidia, quādo uidet nos eis prius similes per pec-  
catum iterum esse reformatos atq̄ restitutos per  
poenitentie sacramentum, qđ nullo modo eis con-  
ceditur. Vnde de hominibus signanter dicitur pri-  
me Petri. 3. Non tardat deus promissis, sed patie-  
ter agit propter uos nolens aliquem perire sed ad  
poenitentiam reuerti. Pœnitenti ergo & conuer-  
timini ut deleatur peccata uestra. Actuum tertio.  
Quoniam autem de necessitate uere pœnitentie  
requiritur spes uenie. Sciendum, quod secundum  
sanctum Bernardum in sermone, ipes humana in-

deum per considerationem triplicem stabilitur.

Tria, inquit, considero, in quibus tota mea spes consistit, uidelicet charitatem adoptionis, ueritatem promissionis, potestatem redditionis. Primo enim debet homines mouere ad spei confidentiam, q[uia] deus eos adoprauit in filios, & patrem eorum constituit semetipsum. Vnde heatus Bernardus super orationem dominicam: Mibi, inquit, dicatur ora tio, cuius principium dulce nomine patrono sequentium petitionum obtainendarum prestat fiduciā. Et glosa Matthei, sexto, super hoc uerbo pater.

In hoc datur fiducia quid negabit filiis, qui iam dedit quod pater est. Exemplum de filio prodigo. Vbi criminolus filius ad patrem rediens, tum amplexibus & osculis conuiuijs & melodijs a parte recipitur. Vnde ad Romanos dicitur. Stamus & gloriamur in spe glorie filiorū dei. Secundo debet homines mouere ad spei confidentiam, ueritas promissionis. Deus enim est qui mentiri non potest qui nobis ueniam pollicetur, & gloriam per totam scripturam sacram, quam habemus a deo sicut quoddam obligatorium maxime securitatis. Vnde scribit Apostolus ad Romanos. Per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Et in psalmo. Memor esto uerbi tui seruo tuo, in quo spem dedisti. Tertio creat in nobis spem, potestas redditionis, non enim impotēs est, sed omnipotens ad cōplendii pmissa, & ideo

Luc. 15.

Rom. 15

T ij

## S P E C V L V M

- Eccī. 2:** confundi non possumus. Iuxta illud Ecclesiastici.  
Respicite filij nationes hominum, quia nullus spe  
rauit in domino & confusus est, permālit in man  
datis eius & derelictus est. Vnde dicit Apostolus  
ad Romanos. Spes uero nō confundit. Et in psal.  
**Roma. 3** In te domine sperauī, non confundar in eternum.  
Debet igitur spes nostra esse sicut ancora firmita  
tis, ne a fluctibus moueamur, sicut mola uerita  
tis, ne indebitē conteramur, & sicut galea securi  
tatis, ne ab hoste ledamur. De primo scribitur ad  
**Heb. 6.** Hebreos. Configiamus ad tenendam propositā  
spem, quam sicut ancoram habemus animę tutā  
& firmam. De secundo dicit glosa super illud  
Deuteronomij uicesimoquarto. Non accipies lo  
co pignoris inferiorem & superiorē molam. Su  
perior & inferior mola sunt spes & timor. Spes  
ad alta subuehit, timor ad inferius premit. Una  
mola sine altera inutiliter habetur. In peccatore  
igitur semper debent spes & formido cōiungi, &  
incassum misericordiam sperat si iustitiam non ti  
meat, & incassum metuit q̄ non confidit. Ligno  
igitur pignoris, mola inferior aut superior nō tol  
latur, q̄a qui prēdicat peccatori, tanta dispensati  
one disponere prēdicationem dehet, ne relicta spe  
timorem subtrahat uel subtracta spe timorem re  
linquat. Est igitur spes sicut mola superior, que  
cor eleuat & sustinet in cōtritione debita pro pec  
catis, & timor iustitiae, mola inferior que cōcerit  
& comprimit, ne cor exaltetur nimis. Iuxta illud

psal. Ab altitudine diei timebo. Tertio spes no-  
stra est sicut galea securitatis, ne ab hoste ledamur  
Homo enim priuatus galea per desperationem  
omni uulnere tentatiōis occiditur, eo q̄ caput ha-  
bet inerme. Iuxta illud Hicremē, Desperauimus  
post cogitationes nostras ibimus & unusq̄sq̄ pra-  
uitatem cordis sui mali faciemus. Nos autem nō  
sic faciamus, sed uadamus ad istam galeam conti-  
nue induamus. Iuxta illud Apostoli ad Thessalo-  
nicenses. Nos autem q̄ diei sumus, sobriū simus, in  
duti loricam fidei & charitatis, & galeam spem  
salutis. Item notandum, q̄ deus sic in natura pro-  
uidit cōmuniter, q̄ & clementia & potentia, for-  
titudo & mansuetudo naturaliter cōiunguntur,  
& ubi plus est fortitudinis, & ibi plus etiam man-  
suetudinis & clementie reperitur. Exemplum de  
leone, q̄ est fortissimus bestiarū, & tamen clemen-  
tissimus. Vnde Solinus de mirabilibus mundi leo-  
num clementie indicia mulra sunt. Parcunt pro-  
stratis, in uiros potius q̄ in foeminas desequunt, in-  
fantes non nisi magna fame perimunt, nec a mis-  
ericordia separantur. Hęc Solinus. Vnde metrice  
dicitur,

Parcere prostratis scit nobilis ira leonis.

Et per oppositum, Deus crudelia animalia pote-  
state priuavit. Vñ inter canes minimi canes sunt  
maxime cholericī, & quo minus possunt uiribus  
eo magis abundant latratibus. Christus autē mo-  
re leonis quibuscunq; se prosternentibus per pœ-

Hiere. 18

Thessa. 5

T ij

## SPECVLVM

Nitēiam clementem se exhibet. In viros potius q̄ in foeminas, hoc est in peccantem ex malitia potius q̄ in peccantes ex passione se vindicat, & infantes. i. innocentes non nisi magna fame .i. magno amore salutis eorum in p̄senti flagellat. Iuxta illud Apoc. 3. Ego quos amo arguo & castigo.

### Capitulum VI.

*Contra hinc in libro  
arbitrio*  
**I**tem dictum est superius, q̄ ad ueram poenitentiam regritur examinatio conscientiæ. Idcirco notandum est, q̄ conscientia hominis multiplicem actum habet. Est enim conscientia accusatrix prauç transgressionis, revelatrix nostræ deßisionis, conuersatrix bone possessionis, vindicatrix fractæ professionis. Primo ergo conscientia hominis est accusatrix suæ transgressionis. Sic ut em̄ pueru datur dica, in qua defectus sui signatur ut postea uerberetur, & nullo modo licet sibi abijcere dicam suā, q̄a per eam accusatur, ita cui libet homini alligatur conscientia, in qua oīa p̄cta sua notantur, ut secundum eam accusetur in iudi-

**Rom. 2.** cie, iuxta dictum Apostoli ad Roma. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiā defendantium, in die cum iudicabit deus occulta hominum, & ideo istam accusatricem conscientiā maxime timere debemus, dicente Seneca: Conscium moribus p̄ctorum tuorum non magis timueris, q̄ te ipsum Alienum em̄ potes effugere, te nunq̄. **Item**, Medi-

Tandem magis conscientiam q̄ famam atēde, fali  
 li sepe potest fama, conscientia nunq̄. Sicut enim  
 charitatius accusator primo monet personā ad  
 partem & eam p̄munit de suis defectibus, et si se  
 correxerit culpam celat: si uero se corrigere con-  
 tempserit, tā publice in iudicio proclamat, ita cō-  
 scientia nostra in p̄senti quasi nos corripit & rep̄  
 hendit occulte, sed si nos non correxerimus, in fu-  
 turo iudicio publice proclamabit. Lūcta illud. Leuit. 5.  
 uitici. Si conscius est nīsi indicauerit portabit iniq-  
 tatem suam. Secunda conscientia hominis est reue-  
 lacrix suę depp̄ssionis. In omni enim depp̄ssione uel  
 tribulatione terrena singularis consolatio est bo-  
 na conscientia. Lūcta dictum Apostoli prime ad  
 Cor. Gloria nostra est conscientia nostra. Vnde  
 beatus Ambrosius in libro de officijs dicit sic, Be-  
 ne sibi conscius fallis non debet moueri conuicij,  
 nec estimare plus ponderis in alieno conuicio q̄ in  
 suę conscientię testimonio. Et beatus Gregorius  
 super Ezechielem homilia. 9. dicit sic, Quid pro-  
 dest homini si omnes laudant, & conscientia ac-  
 cusat? Aut quid obest si omnes derogent & sola  
 cōscientia defendat? Idem Augustinus in quadam  
 epistola & ponitur in canone. 11. q.ca. 3. senti, lo-  
 quens ad Manicheum dicit sic, Senti de Auguſti-  
 no, q̄c quid liber, dum sola me in oculis dei consci-  
 entia non accuset. Et capitulo sequenti habetur,  
 qualiter Constantius Mediolanensis Episcopus  
 a quibusdam malignis infamatus erat, de qui-

1. Cor. 1.

Tuij

## S P E C V L V M

busdam criminibus, propter qđ pretermittet  
populo predicare ueritatem. Et qđ illa crima  
nec probari poterant nec uerisimilia fuerant, scri  
bit sibi papa Gregorius, qđ ad propriam conscienciam  
redeat, & inde consolatus populo non sub  
trahat qđ ei utilia esse cognoscat, dicit sic: Quem  
(ingr) conscientia defendit, liber est inter accusa  
tores, & liber sine accusatione esse non potest si

Augusti, sola quę interius addicit conscientia acculet. De  
hoc etiam beatus Augustinus notabiliter loqui  
tur super psalmo uicesimo octauo, & similiter po  
nitur in canone. 2. q. 3. cap. custodi. Custodi, inge  
intus innocentiam tuam ubi nemo opprimit cau  
sam tuam, pręualebit in te falsum testimonium,  
sed apud homines nunquam apud deū ualebit u  
bi causa tua dicenda est, quando deus erit iudex a  
lius testis qđ conscientia tua non erit, inter iudicem  
& conscientiam tuam noli timere nisi causam tu  
am. Hęc Augustinus. Tertio conscientia hominis  
est conseruatrix bonę possessionis. Vnde dicit be  
atus Bernardus, Sanum uas cōscientia & seruan  
dis secretis idoneum, nullis patēs insidijs, nullis ui  
olentis cedens, ırpote nec manu, nec oculis, acces  
sibilis, qđ quid ibi posuero securus sum, seruabit  
uiuo defunctoqđ restituet, quocunqđ uadam ipsa  
erit mecum, secum ferens depositum quod cōser  
uandum accepit, ubiqđ gloria uel confusio ineui  
tabilis pro qđitate depositi. Hęc Bernar. Est igit  
conseruatrix bonę possessionis. Est em bona con

Scientia sicut qdam charta, in qua merita nostra  
 describuntur per quam assecuramur de p̄mio pa-  
 radisi. Iuxta dictum Apostoli ad Cor. dicentis, Fi-  
 nis autem precepti est charitas de corde puro &  
 cōscientia bona. Finitis autem p̄cepti potest dici p̄-  
 mium debitum, siue merces debita pro p̄cepto be-  
 tie seruato, habens chartam bonam, per quā oc-  
 cupatus est bonam hereditatem & magnam, siēā  
 diligenter obseruat, & maxime p̄cauet, ne a tine-  
 sis uel uermibus consumatur. Moraliter loquendo  
 charta per quam uitam cēlestē uendicaturus est  
 conscientia bona per charitatem informata scri-  
 pta tota plena hominis meritis, & ideo seruari de-  
 bet a tineis et uermibus. Hoc autem tit dupliciter  
 Vno modo si frequenter tractetur respiciatur &  
 regatur. Alio modo si perlitia ē cedria q̄ est gum-  
 mi cedri. Dicit Isidorus 14. Ethic. ca. 7. de cedro,  
 Quod resina quā habet q̄ cedria dicitur, q̄ in ob-  
 seruandis libris adeo est utilis, ut plinti ex ea nec  
 tinea patientur, nec tempore conserescāt. Iti du-  
 plici modo si chartam conscientię nostrę a corru-  
 ptione seruare uelimus, primo oportet, q̄ frequenter  
 eam tractemus et respiciamus facta nostra, dicta  
 & cogitationes nostras diligenter discutiendo, &  
 ea etiam ab omni puluere cuiuscunq; fordis pec-  
 cati perfecte detergamus, quantum nobis fuerit  
 possibile, ut nec uenialia incōfessa dimittamus, ex-  
 emplo Pauli apost. q̄ dicebat, Studeo sine offendī  
 culo cōscientiā habere ad deū & ad hoīes semper

## SPECVLVM

Studium, secundum q̄ dicit Tullius, est ueniēre  
animi applicatio ad aliqd agendum cum summa  
uoluntate & reuerentia. Maximi animi applica-  
tio regritur ad discutiendum & discernendū, quō  
sit pure confitendum de p̄ctis. Et ideo merito di-  
cit Apost. Non leuiter & perluctorie dicendo cō-  
scientiam, sed loq̄ur dicendo, studeo conscientiā  
habere & hoc sine offendiculo, ut nec etiam minu-  
ta p̄cta uenialia q̄ contingūt, negligantur. Secun-  
do debemus istam chartam perlinire cedria, q̄ est  
resina cedri. i. de sanguine crucis Christi debemus  
frequenter meditari. Cedrus nanc̄ fuit pes crucis  
Christi ad literā, & sic per synecdochen pro cru-  
ce supponere potest. Hęc autem meditatio, uer-  
mes. i. remorsus p̄ctorum extirpabit omnino di-  
cente Apost ad Heb. 9. Sanguis Christi emunda-  
bit conscientiam nostram ab operibus mortuis.  
Et sicut idem est perdere talem charitatē & per-  
dere hereditatem illam, ita idem est perdere consci-  
entiam & perdere uitam futuram iue uitam eter-  
nam. Et ideo illi qui se depingunt ad famę clarita-  
tem & non ad conscientię ueritatem perdent fi-  
naliter cęlestem hereditatem. Contra quos loquitur  
Seneca in libello suo de moribus. Pleriq̄ fa-  
mam, conscientiam pauci uerentur. Quarto bona  
cōscientia est uindicatrix fractę professionis. Ocs  
enim Christiana professione censemur, & ideo q̄/  
tiens istā professionem infringimus, cōscientia nřa  
non solū accusat, imo uindicat mordēdo & pur-  
gēdo, Iuxta illud Pro, 15. Est q̄ promittit & q̄

gladio pungitur cōscientia, etiam q̄ promittit &  
 non implet talis q̄ si gladio pungitur in conscientia  
 In baptismali professione ligillatur imago dei in  
 conscientia hominis per virtutem & gratiam que  
 tunc infunditur, etiam paruulis usu carentibus ra-  
 tionis, & iste est denarius quem Christus semper  
 exigit pro tributo propter quem confiteri debe-  
 mus nos esse seruos suos. Vnde Chrysost. super il-  
 lud Matthēi, Reddite q̄ sunt Cēsarē Cēsari, &  
 que lunt deo, dicit sic, Si numisma Cēsari au-  
 rum, numisma dei homo. In solidis uidetur Cēsar,  
 in hominibus autem deus cognoscitur, ideo diut-  
 tias nostras Cēsari dare, deo autē conscientię no-  
 sīre solam innocētiā oportet reseruare. Sed istis  
 temporibus habent nonnulli conscientiam quadru-  
 pliciter defectuam. Habent enim qdā cōscien-  
 tiā dilatatā, qdā conscientiā infirmatā, qdā cō-  
 scientiā perturbatā & qdā conscientiam cauteri-  
 atam. Primo qdē inueniunt̄ nonnulli q̄rū consci-  
 entia est nimis dilatata, q̄ nunq̄ pōderāt n̄ si grof-  
 siora pēta, q̄rū cōscientia est sicut rete habēs lata  
 foramina ubi nō cōphendunt̄ nisi pisces maiores  
 sed minores semp̄ evadunt. Tales nō pōderant o-  
 ciosa iuramēta, imo nec mē dosa piuria uisi forte  
 corā iudice sup̄ librum. Mēdacia nullius monēti  
 sunt etiā si cedant in diffamationē proximi, furtū  
 nō est magni pōderis, si sit de bonis pauperē mona-  
 steriorum uel ecclesiarum uel etiā alicuius cōmu-  
 nitaris, sed tantūmodo si sit principū, uel de bonis

Mat. 23

## S P E C U L V M

principum uel magnorum dominorum, etiam si  
fiat de bonis personalibus, furtum conscientia ali-  
quando remordet quando persona timetur, sed si  
fit de bonis coitatis non remordet nec remanet  
in conscientijs quorundam, ut peccatum aliquius  
ponderis qui nimis dilatante conscientias suas dicē-  
tes, illud Genesis: Non est in cōscientijs nostris q̄s

**Gen. 44.** eam scilicet pecunia posuerit in marsupijs nostris.  
Alij sunt etiam q̄ habent conscientiam satis infir-  
matam per oppositum. Qui non solū magna pec-  
cata sed etiam magna ponderant, non sicut debe-  
rent, sed plus iusto & q̄ non sunt pectā iudicāt esse  
pectā. Et ista conscientia frequenter a diabolo ten-  
tatione diaboli prouenit, q̄ sic inducit homines ad  
perplexitatem peccandi, & qcqd fit contra con-

**I.co. 10** scientiam etiam si sit erronea edificat ad geennā  
Et hęc est infrma conscientia quam Apost. prohibet, dicens, Omne quod in macello uenit mandu-  
cate nihil interrogantes propter conscientiam. Et  
Percutientes conscientia eorū infirmam in Chri-

**I.Cor. 8** sto peccatis. Et tales uisi sunt frequenter tentatio-  
ne cessante habuisse conscientias nimis largas.  
Tertio inueniuntur & sunt nonnulli q̄ conscienti-  
am perturbatam habent q̄ propter commissa de-  
sperant. Contra quos beatus Bernardus sup<sup>c</sup>an-  
tica sermone quadragesimo secundo: Quid effica-  
cius ad curandum conscientię uulnera, aut ad pur-  
gandum aciem mentis, q̄ Christi uulnerum sedu-  
la meditatio. Et idem, Turbabor sed nos pertur-

babor, q̄a uuln̄erum domini recordabor. De ista conscientia dicitur in litera: Semper p̄sumit sequa, perturbata conscientia. Quarto sunt qdam q̄ ha-  
bent conscientiam conturbatam & hi ponderant  
parua, sed de magnis nihil curant, & tales fuerūt  
Pharisei decimantes mētham & rutam & omne  
holus, & grauiora legis p̄termittūt, prout scri-  
bitur. Et hi sunt hypocrite de quibus prophetiza-  
vit apostolus. Quod in nouissimis temporibus di-  
scendent qdam a fide, attendentes spiritibus erro-  
ris & doctrinis dēmoniorū in hypocrisi loquē/  
tium mendacium & cauteriatam habentium su-  
am conscientiam. Iстam ergo quadruplicem con-  
scientiam deponentes faciamus sicut scribit Apo-  
stolus. Accedamus cum uero corde in plenitudi/  
ne fidei aspersi corda a conscientia mala, id est pur-  
gati ab omnibus peccatis & specialiter mortali-  
bus, qđ habet fieri per sacramentum poenitentię,  
si fuerit aliquis lapsus in aliquid uel in aliqua. Vn  
de moueo istam qſtionem. Vtrum omnia pecca-  
ta mortalia per poenitentiam auferantur. Et ar-  
guitur q̄ non. Nam dicit Apostolus. Quod Esau  
non inuenit locum uenię et benedictiōis per poen-  
tentiam, quamuis cum lachrymis ingesset eā. Et  
secundo Machabeorū dicitur de Antiocho. Ora-  
bat scelestus ille dominum a q̄ non erat misericor-  
diam consecuturus. Non ergo uidet q̄ per poen-  
tentiam omnia peccata tollantur. In contrarium  
arguitur q̄ illud qđ scribitur Ezechie. 18. Quacū

Matt. 23.  
1. Ti. 4.

Heb. 10.

Heb. 12.

## SPECVLVM

Quae hora ingemuerit peccator uiuo ego dicit dñs omnium iniqtatnmeius non recordabor amplius Pro respōsione dico, q̄ ad hoc q̄ aliquid p̄c̄tūm per poenitentiam tolli non possit, posset contingere duplíciter. Vno modo q̄a aliquis de p̄ctō poenitere non possit nec delere p̄ctūm, et hoc primo qđcē modo non possunt deleri p̄ctā dēmonum & etiā hominum damnatorum, q̄a affectus eorum sunt in malo confirmati, ita q̄ nō pōt eis displicere p̄ctūm inquantū est culpa, sed solum displicet eis inquantum poena quam patiuntur, ratiōe cuius aliquam poenitentiam sed infructuosam habent. Iuxta il/ jud Sapientię quinto de ipsis damnatis. Poenitentiā agentes & p̄ angustia spiritus gemētes. Vn talis poenitentia non est cum spe uenię, sed cū desperatione. Talis autem non potest esse p̄ctūm uitatoris hominis cuius liberum arbitrium flexibile est ad bonum & ad malum Vnde dicere, q̄ aliquid p̄ctūm sit in hac uita de q̄ aliquis poenitere non possit, erroneum est. Primo qđem q̄a per hoc tollere libertas arbitrij. Secundo q̄a derogaretur uitati gratię per quā moueri potest cuiuscunq; p̄ctōris cor ad poenitendum. Iuxta illud, Cor regis in manu dei & qđcūq; uoluerit uertet illud. Quod autem illud secundo modo nō possit per ueram poenitentiam aliquid p̄ctūm remitti est etiam erroneū. Primo qđem q̄a repugnat diuinę misericordię, de qua dicitur. Quod benignus & misericors est, & multę misericordię & p̄stabilis super malitia

Pro: 2 1.

Iohc. 2

## SECVLARIVM. Fo. 191

vinceretur quodammodo deus ab homine, si homo  
peccatum uellet deleri quod deus deleri non uellet. Secun-  
do quod hoc derogaret uirtuti passionis Christi, per  
quam poenitentia operatur, sicut & cetera sacra  
menta cum scriptum sit, Quod ipse est propicia-  
tio pro peccatis nostris & non solum pro nostris, sed  
etiam totius mundi. Unde dicendum simpliciter,  
Quoniam peccatum in hac uita per poenitentiam deleri  
potest. Ad rationem in contrarium dicendum, quod  
Esau non uere poenituit, quod pater ex hoc quod dixit,  
Veni et dies luctus patris mei, & occidam Iacob  
fratrem meum. Similiter etiam nec Antiochus ue-  
re poenituit, dolebat enim de culpa preterita non  
propter offenditam, sed propter infirmitatem cor-  
poralem quam patiebatur.

1. Joh. 2:6

Côtra uoluptates carnales. Ca. VII.

**Q**uia etiam dictum est superius quod dele-  
ctatio phabita in peccato impedit ueram poe-  
nitentiam. Idcirco contra ipsam delectati-  
onem carnalem modicu in presenti tracta-  
culo scripturus accipio mihi pro fundamento uer-  
ba sapientissimi Salomonis qui ait, Dixi in corde  
meo, uaduam & affluam delicijs, & fruar bonis,  
Et uidi quod hoc quod esset uanitas. Risumque reputa-  
ui errorem & gaudio dixi, Quid frustra decipi-  
s. Ait ergo, Dixi in corde meo, I. apud me dispolui  
Uaduam & affluam delicijs, dicit uaduam, quod malorum est  
abire, bonorum uenire. Iuxta illud, Venite benedicti  
Patris mei percipite regnum &c. Et hoc a Christi

Eccl. 1.

Mat. 25

## SPECVLVM

sto dicetur bonis & electis. Malis uero & repro-  
bis dicturus est, Ite maledicti in ignem eternum,  
q̄ paratus est diabolo & angelis eius. Dicit ergo  
uadam et affluam delicijs carnalibus, scilicet in ḡ-  
bus uiuendo quis mortuus est spiritualiter, & fru-  
ar bonis supple presentibus. De qua abusua frui-  
tione dicitur Sapientia. 5. Venite fruamur bonis  
quę sunt, & utamur creatura tanquam in iuuen-  
tute celeriter. Et Proverbiorū. 6. Veni fruamur  
cupitis amplexibus. Et subiungit uanitatem dices  
Et uidi qđ hoc quoq; esset uanitas, q̄a scilicet non  
reficit sed deficit. De primo beatus Hieronymus  
ait, Iniquas famem parit, nō satietatem. De secun-  
do. Transferunt hęc omnia uelut umbra. Seqtur.  
Risumq; reputauī errorem, i. considerans risum  
huius mundi q̄ homines seducit reputauī errorem  
& dixi gaudio, i. gaudentidixi. Quid frustra deci-  
peris. Sciendum q̄ gaudium est interior mentis le-  
titia, risus exterior dissolutio inepita. Risus error  
reputari debet q̄a latenter dolorem admixtum  
Pro. 24. habet & in fine affigit. Iuxta illud, Risus dolore  
miscebitur, & extrema gaudiū luctus occupat. Et  
Risus uester in luctum uertetur & gaudiū in moe-  
torē. Vñ dī, V̄ uobis q̄ ridetis nunc q̄a lugebi/  
Luc. 6. tis & flebitis. Gaudiū decipit q̄a cito deficit. Vñ  
Iob. 20. Laus impior̄ breuis est et gaudium hypocrite ad  
instar puncti. Et Iob. 21, de talibus dicitur, Te-  
nent tympanū & citharam, & gaudent ad soni/  
tū organi, ducūt in bonis dies suos & in pūcto ad

infernā descendunt. Circa hanc materiam, scilicet carnalis & secularis uoluptatis, notanda sunt ipsius plures prauae conditiones propter quas merito abiecta & despicienda est. Prima praua conditio ipsius carnalis uoluptatis est, q[uod]a nocia est ipsi corpori. Vnde Chrysost. Nihil ita nociuu est & inimicu corpori ut uoluptas. Nihil enim ita corpus rescidit & suffudit. i. corruptit, eo q[uod] ex forti sit debile, ex sano egrotum, ex agili graue, ex formoso deforme, ex uiuene ueterosum. Vnde & Horatius: Sperne uoluptates, nō ceter empta dolore uoluptas. Secunda quia occidit animam. Vnde Apostolus: Si secundū carnem uixeritis, moriemini. Item: Vidua uiuens in delicijs mortua est, H[ec] uida signat animā peccatricē, quæ Christū māritū per uoluptates carnis perdidit. Quapropter Pla-  
to dicere solet: Nullam capitaliorem pestem à natura tonis senten-  
daram q[uod] uoluptatem, qua hoies capiuntur ut pisces. tia.

1. Timot 53

Terrio ueritatem intelligere nō permittit. Vnde Hierony. Nihil adeo obruit intellectum uel intelligentiam, ut comedatio & ebrietas. Idem: Pinguis uenter nihil tenue, nihil celeste cogitare potest. Et ideo dicitur Osee 4. Fornicatio & ebrietas auferunt cor. Optima idcirco est Diogenis sententia, neminem posse sapientiae operam dare, si mensæ abundantia cogitauerit. Quarto uoluptas carnalis inducit super hominem in quo est odium dei. Vnde Apostolus dicit: Qui in carne sunt deo placere non possunt. Vnde Hierony. super illud Psal. Odisti obseruantes uanitates superuacue. Illos diligit dñs qui dilectionis eius suavitatem inuidans & carnalibus delectationibus p[re]tulerunt. Illos odit uero, qui amore eius amore seculi p[re]tulerunt. Illos odit qui istam tantummodo uitam præsentē amant & cælestia contemnunt, sperantes inaniter in prospe-

## SPECULVM

5°

estate seculi seducente. Quinto casu nalis uoluptas ho-  
minem in quo est aridū & sterile oīs spiritualis boni  
efficit. Vnde dicitur in euangelio: nisi granū si uimenti  
cadens in terra mortuum fuerit ipsum solū maneret.  
Hoc est, nūl is qui spiritualis esse desiderat cōcupi-  
tis carnibus moriatur, & renūctet copiosum si uictus  
spiritualium honorū non referet, sed manet sicut con-  
cha sine nucleo, & lampas sine oleo, sicut uacua arbor  
inutilis. Sed heu iam impletū esse uidetur quod Pau-  
lus oīm prædixit. In nouissimis diebus instrabunt pa-  
periculosa, erunt homines leiplos amantes uoluptatū  
amatores. Oēs erim amplectimur ea quæ cōmodola  
& delectabilia sunt carni, & dura & aspera refugim⁹.  
Tu uero charissime stude iuxta regulā tuā carnē edo-  
mare abstinentia cibi & poti⁹ q̄rum ualitudo primit-  
tit, ut possis uetus esse monachus. Vnde abbas Macha-  
rius dixit. Quicunq; semetipsum necessitatib⁹ subicce-  
rit atq; coegerit ipse monachus est. Et secundū senten-  
tiā beati Euēbni: Verus religiosus debet esse negle-  
ctor quietis, appetitor laboris, fugax uoluptris, pa-  
tiens obiectiōnis, impatiens honoris, paup in pecu-  
nia, diues in cōscientia. Sexto uoluptas carnalis fa-  
cit hominem in quo est, amittere gaudia aeterna. Vna-  
de Gregorius: Omiser & insanus ille imo plus quam  
bestia reputandus, qui propter momētancam carnis  
delectationem, gaudia relinquit aeterna, & perpetue  
peccata huius se mancipare laborat. Nam secundū  
sententiam eiusdem. Presentia gaudia sequuntur perpe-  
tua lamenta. Quia difficile imo impossibile est sicut  
dicit Hieronymus, ut presentibus quis & futuris fi-  
uerit bonis, ut de deliciis ad delicias transeat, ut in ter-  
ra & in cælo appareat gloriōsus. Qñquidem Lazarus  
beificiat euāgelium in sinu Abrahæ, & diuitiēs sepelit  
is

6°

Inferno. Septimo uoluptas hominem in quo est dulcior ad morte insinabilem inferni. Frequenter etiam dicitur dulcior & iocundior est hominum uita sua, tunc separata amara mors. Vnde dicit Job. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Si igitur nobis austerior uita solacio, quæ uiuentes deo accessus facit & securissimos morientes. Pauci deliciosi & cunctes moriuntur, qui in exitu huius uite non desiderant fuisse pauperissimi. Contra animam quæ se ad mundanas sive carnales uoluptates effundit, dominus graviter excadescit sui iudicii executoribus dicens. Quantum exaltravit se & in deliciis fuit, tantum date ei tormenta & luctus. Quoniam secundum magnitudinem & multitudinem deliciarum in mundo, erit magnitudo & multitudine penitentia in inferno. Deberent amatores secularium & carnalium deliciarum & qui harum dulcedine illiciuntur attendere. quod in uoluptatibus carnis pterit cito quod delectat & permanet sine fine quod eruat. Octauo uoluptas est accumulativa doloris & dislib. 4. ca. 9.  
 placentiae, quia posse uoluptate semper sequitur penitudo. Vnde Valerius Maximus dicit: Scitum est & scitu dignum Aristoteles quod uoluptatum iniuria obliuioni mandata assertuit & solus exitus recordandos gnos uoluptatis finis penitentia est. Hoc prudenter assuduerit. De mosthenes philosophus ille amosus, a quo Thais solenis mercerix de Corintho, centum talibet petiit, per uno cōcubitu. At ille in calū suspicens ait: Non emotanti pœnitere, quod tamen necessarium fore sit uita fruenter uoluptate. Boethius quoque dicit: Quid de corporalibus loquar, quoniam appetentia plena est anxietate, societas uero pnia. Et infra metrum sequente comparat uoluptatem appetitum, que eodem loco primo fundit mel sedendo, & infigit auleum recepido. Patet ergo quod naturaliter post uoluptatem seguit penitudo. Nonne uoluptas est obscuratiua diuersis

Egregius De  
 mosthenis &  
 bū ad Thā  
 idem.

## S P E C V L V M

& fama. Exemplum habemus in Solomone, qui quis  
femora sua incurvauit mulieribus, ideo posuit macu-  
lam in gloriam suam, id est, in famam. Hæc macula  
secunda peccati luxuriæ maior est in religiosis quam  
in secularibus. sicut macula esset intollerabilis in fa-  
cie siue in oculo, quæ parum grauaret in alio mem-  
bro. Religiosi aurem sunt ut facies siue oculus in spon-  
sa Christi, id est, in ecclesia, propretra ut dicit san-  
ctus Hiero. sancta Paula apud sanctimoniales quas  
regebat, peccatum quod inter seculi homines uel iue  
parabatur uel nihil, hoc in monasteriis grauissimum  
dicebat esse delictum. Et istud probatur per hoc quod  
deus legitur ita grauiter punisse peccata illa q̄ in clau-  
stris sunt commissa. Primum claustrum fuit in caelo,  
in quo ipse deus abbas fuit, in quo qui se ipsos in cogi-  
tationibus suis exaltauerunt ambientes gloriam &  
absq; spe uenientia damnati sunt in inferno. Et homo qui  
nult alijs preferri, collega eius est qui dicit. Ponam se  
dem mea in aquilone similis ero altissimo: Et nos cha-  
rissimi exemplo huius caueamus attractuni superbiae,  
qua bonorum omnium est iniuncta, totius pulchritu-  
dinis & uirtutis uermis & tinea. Ecce stella ista matu-  
rina Lucifer qui mane oriebatur, qui præ nimio clar-  
taris suæ spendor e oculis intuentium in se oculos con-  
uertebat, in faculam repente conuersa sulphuream te-  
nebris abyssi immegitur. Secundum claustrum fuit in  
terrestri paradiso in quo q̄ inobedientes fuerunt de para-  
diso expulsi sunt & morti cū tota sua successione dana-  
ti. Tertiū claustrum fuit in principio ecclesie, in quo  
beatus Petrus abbas fuit. In quo q̄ porci etiam esse uo-  
luerunt, morte subitanea perierunt. Decimo carnalis  
uolupeas mutat hominem in bestiam. Ecce quā magnū pecca-  
tū est q̄ de homine facit non hominē, & hoc facit pec-  
catū luxuriaz.

Dicitur p̄p̄t  
de claustris ḡm̄sa

2<sup>nd</sup>. Augustus

3<sup>rd</sup>. Augustus

10°

cata luxuriæ. Vnde Hieronymus. Fugite luxuriā, nam sicut uirginitas hominē æquat angelis imino plus est facit quā angelū, ita luxuria hominē plus quā bestificat, & ut ita dicam multo peius bestia cū efficit. Specia liter tamē luxuria mīat hominē in porcū. Vñ Chrysost. Porci sunt qui uitam suam cœnosæ libidini & uoluptatibus seculi mancipauerūt: De hoc etiā sic scribit philosophorū princeps Aristó. ad Alexandrū magnum ira dicens. O clemens imperator noli te inclinare ad coitum mulierū, quia coitus est quædā proprietas porcorum. Quę ergo tibi gloria si exerceas uiciū irrationalium bestiarū & actus brutorū.

Vnde decimo & ultimō uoluptas carnalis spoliat hominē in q̄ est omnibus bonis & uirtutibus. Vnde Grego. Quælibet alia fuerint bona opera, si luxuriæ scelus non ablitur immēritate huius criminis obruuntur, quia nil dño gratū sit luxuria maçulatā. Item Gregorius. Nulla sunt cætera si occulta, iudicis oculis castitatis testimonio non approbantur. Vx ergo illis qui quot die in dei seruicio se mortificant & nil inde mercedis in uitæ æterna consequentur, quia sacrificium eorū & servitium immfidicia luxuriæ pollutū fuit. Hæ luxuria est singularissima filia principis inferni, scilicet Luciferi & nobilissima. Vnde dicit q̄ Phinees uirum Israëlitem fornicantē cum filia nobilissimi principis madianitarum simul cū ipsa interfecit. Princeps Lucifer septem habet filias quæ sunt septem uicia capitalia, scilicet superbia, auaricia, luxuria, ira, gula, inuidia, acedia: has tradidit peccatoribus in coniugium, unus habet unam alias duas, alijs omnes. Quanto autem plures aliquis habuerit, tanto plus habebit de hæreditate diaboli, id est, de portis inferni. Vnde beatus Greg. li. xiiii. moral. pertractans illud genesis: Pluit dominus

In Moralib⁹

Nume. 25.

v iii super

## S P E C V L V M

super Sodomitam & Gomorram sulphur & ignem sic dicit. Quid in sulphure, nisi fetor carnis. Et quid per ignem nisi ardor desiderii carnalis exprimitur. Cum ergo habitantium Sodomis uel Gomorra carnis scelerata decreuisset dominus punire, in ipsa qualitate ultionis notauit maculam criminis. Sulphur quippe fætorem habet, ignis ardorem. Quia itaq; ad peruersa desideria ex carnis fætore arserant, dignum fuit ut simul sulphure & igne perirent; quatinus ex iusta pœna discerent ex iniusto desiderio quid fecissent. Nam per quæ quis peccat in hoc mundo per hæc punietur & in inferno.

*Explicit speculum pœnitentie.*

*Incipit speculum agonizantis peccatoris.*

**H**eu heu & plusquam heu me miserum & infelicem peccatorem, qui tot in angustiis & calamitatibus corporis & spūs, me solum reperio & omni humano suffragio destitutum. Nec est ulla creatura sub sole à qua audiam aut credam dolorum meorum qualecumq; sperare reuelamen, attenua calamatate quam impresentiarum perpetior. Parentes si quidem & amici mei carnales, quibus maxime confidebam, ideat ipsi per quandam fistam & occultam tradiotionis speciem, in uanitatibus & ludis ineptis me deduxerunt, & induxerunt in locum horroris & laqueum mortis, quæ me nunc obsidet & inuadit, scilicet nec me præuidere docuerunt pñtes horrendas miseras, quibus heu nunc totus iuoluor tam corpore quam anima. Insuper & in predictum laqueum mortis cum eisdem cognatis dietim labebar nec attendebam. Væ uæ mihi misero peccatori quod dum piena incolumentate fruebar, has terribiles angustias & intollerabiles cruciatus non præ cogitau; qui omni mera-

cali cœps

tali creature præseritum homini peccatori ineuitabili  
 ter eueniunt, dum mors in toribus est agonizat u: lu-  
 ti heu modo patentur experior. Utq; hæc merito per  
 cogitasse debueram, risi mundus & diabolus cordis  
 oculum errorum tenebris obtucaſſent, immo acerius  
 prorsus excæſſent. Si quidem dñ adhuc sanus essem  
 et in p: osperij mundi totus efflorerem, morta ſemper  
 metuebam, & uir abſq; horrore mortis mentione au-  
 dire poterā, ſcilicet nec quempiam mori nitem uideſe  
 poteram aut imaginare fine dolore & tremore cordis.  
 Sed heu nunc quaſi proditorie inuadot & circumual-  
 lor à morte, nec ullum uſq; quaq; patet diffugium, qui  
 nimio tot miseriis undiq; circumuallatus iuam, quod  
 preter eas nil aliud cogitare poſsum aut alijs inten-  
 dere. Nihilominus ſalubre nimis mihi forit & oport-  
 tunum ſaluti an mea uacare quam timeo poſt bre-  
 ue reimporis interuallum ad infernalem deſcenſuram  
 mansionem, cuius horrendam memoriam ſaltem unj  
 us horæ morula nunquam hucusq; in mente habui:  
 putans me tempeſtive ſatis id taciturnum dum mors  
 addeſſet, finemq; uitæ propinquare perſpicerem. Sunt  
 ecce me grauitur errasse euidenter perpendo, cernens  
 me doloribus, pauore, & angoribus, ita circumceptū,  
 quod ad ſalutaria queq; intendere mihi non uacat  
 aut deleſtat, quinimo luce clarior experior quod poſt  
 lucum amissum nil reſtat quam ut uadetur. Heu me  
 miserum & infelicem, quod præciosum temporis ob-  
 animæ ſalutem procurandam mihi diuinitus collati,  
 tam ineptē tam uane tam inuiliter erpendi, et ad ua-  
 nitates cunetacq; ſaluti mea nocua' eodem quotidie  
 abuſus ſum, dei lancetq; matris ecclesiæ praceptra, et  
 monita prorsus paruipendens, atque pro nihil du-  
 ces uora frangēs paenitentiā refugiēs, pmissa folucre  
 dñ curas & oria uicta petras. Quāobrē ab imortalī

## SPECVLVM

uerme propriæ conscientiæ tam acriter intus corro-  
dor & cōmanducor, q̄ dolor ille omni dolore sēuior  
sua acerbitate sufficiens esset animā à corpore sano uī  
olenter auellere, sed & p̄ pauore eorū quæ pdixi, ani-  
ma adhuc in corpore remanere gestit, sed frustra spe  
sua necessario Christū deserere cōpellitur. Heu heu q̄  
tum à uia salutari quæ ducit ad uitā aberraui, quang  
nimis angustā fore considero, latā aut & spatiolam à  
multis frequentatā, quæ ad interitū tendit & in barā  
trum damnationis p̄cipitat, hucusq; sum securus. Ut  
nam daretur mihi iamē unica dies t̄pis hoīm, qui il  
Iud uane consumunt & inutiliter: deperdunt enim p̄  
culdubio mora semota, corde puro & conscientia nō  
ficta de p̄teritis delictis ueraciter p̄enitente, & iterum  
p̄enitenda non cōmittere. Sed uideor mihi taliter ad  
hæc ab alijs responderi. Quod sicut ad regimen dom⁹  
solus denarius argenteus parū conferret ei, qui cum  
mille aux̄is illā regere nō potuit: pariformiter parū  
ad salutē procurandū mihi prodesse unica dies p̄eni-  
tētiae, qui in centū milibus nihil unquā bonifeci, imo  
malum omni momento perpetrauit. Præterea dolen-  
ter experior & animaduerto q̄ homini impunitenti  
suāq; uitā nullatenus emendare curanti, festina mors  
suminū est remedium & salubris medicina. Cui enim  
breuior uita est minus deterioratur, & pauciora sibi  
cumulat delicta. Maledicantur itaq; falsæ delicie, con-  
uersatio fœda, inepta solacia, quæ quis exiguo t̄pe du-  
rauerint, æterna tñ mihi ingerent tormenta & sine fi-  
ne duratura. Magna stoliditas est ut uiā longiturā  
quis concupiscat, si illā in dei seruitio indefinenter nō  
expendat. Heu q̄ negligenter ista p̄uidi præteritis die-  
bus cū ad honores amores & fauores mundanos tam  
ardenter aspirarē, qui me nunc in has horrendas an-  
gustias

gustas & cruciatuſ inſtar ceci deduxerunt. Maledicta  
 sit hora illa qua in hanc lucem prodii, dum propter in-  
 tensum & excessiuſ mundialium amore, corpus  
 meum in cibum ignis & fauillam æterni incendiū ſic  
 delicate nutriui. Deum qui me creauit & perditum re-  
 demit perdiſi, uitam illam beatam qua: fine non clau-  
 ditur, defectu caret, inuidiam nescit, amisi. Felicitas  
 omnium supernoruſ ciuium ſocietate perpetuo ſum  
 priuatus, ubi uerus amor & perfecta merita & gau-  
 dia ſinguloruſ facit communia uniuersorum. Nec  
 inmerito, ut clare perſpicio, tot bonis deſtitut⁹ ſum,  
 quoniamquidem ſi breue & exiguum uitæ meæ tem-  
 pus in die ſeruicio coſumpiſſem, infallibiliter & abſ-  
 ulla ambiguitate conſcientiæ, ſecuritatē & animæ  
 ſalutem in pnti & uo accepifsem, & in futuro uitā eter-  
 nam & gloriam ſine fine poſſediſsem. Sed nunc pro-  
 chdolor ingredior locum tormentorum terribilium  
 et æternalium pœnaruſ & paulatim deſinunt omni-  
 um membroruſ meoruſ officia, cum etat⁹ uires tam  
 animæ quam corporis languescunt. In primis lingua  
 mea palato adhærens, loquelę uſum mihi adimit, quā  
 obrem dolores & anguſtias cordis explicare non per-  
 mittor. Oculi gyranſ & rotantur in orbem, uel turge-  
 gescunt iſtanturq; pr̄ dolore, ob cuius uehemētiā  
 nequeunt lachrymari: facies pallescit, color immuta-  
 tur & glaucescit, naſus conſtipatur ac rugescit, os gra-  
 uiter olet et exarescit, dentes nigrescunt eorumq; iun-  
 ctura ſe diſſoluit. Labia crepanſ ſinduntur & ſpumāt,  
 guttur raucescit, nerui qui in proximo rumpēdi iunt  
 uidendos ſe monſtrant, pectus aridum ſe ſubleuat, ut  
 cordi locum tribuat quod ad crepandum festinat. Mi-  
 ſera quam caro per omnes meatus sudat, fœter, ſecq; co-  
 ſtrigit. Heu q̄ intollerabiles p ſingula corporis mēbra

## S P E C V L V M

sustineo cruciatus nam uenter vacuus & attenuatus  
dorso fore se sociat. Omnes corporis costæ & ossa ita ut  
numerari cōmode possent oculis intrūctū se manife-  
stant, sanguis aufugit uængie occulat, crines defluunt,  
ignis naturalis algescit, deficit sensus, uira declinat. O  
me infelicē cur in hoc speculo me iugiter nō inspexi  
& mortis amaritudinē nō prēcogitauui, & pietatum ter-  
ribiles angustias quę morituros peuent & sublequuntur:  
qbus iā circūscptus nullā requiē aut pausam repe-  
rio, quo cūq; me uertereo siue in longū ex ensus siue in  
globum collectus, siue supinus iaceā siue resupinus re-  
cumbem, quin mo ex omni parte corpus paulatim  
deficiens uelut esca uermū horrendū ex se gignit pu-  
torem, quę ego ipse urcunq; uix sufficio tolerare. Præ-  
ter hæc corporis mala, quę enumeraui, ipsa etiā ani-  
ma inestimabiles tollerat angustias, cui dexter consider-  
ans præcerita oblectamenta arq; deliciæ, dicta, uerba,  
facta & opera, singulaq; cordis cogitationes & uo-  
luptates tam subito & celeriter evanuisse, uix unius  
noctis somno æquiparandos fore respectu æternitas.  
Insuper & cuncta opera sua animaduertit iniusta  
esse & uitiosa, quapropter ab eorum præsentia aufuge-  
re satagit scilicet ab eis tale recipit respōsum. Tua in-  
quiunt opera sumus, tuiq; partus quos genuisti. Idcir-  
co te relinquere non debemus, sed uique ad præsentī  
am & quissimi iudicis comitabimur, te grauitate accu-  
satur, eo quod nemine impellente aut instigante tei-  
plam pluries tetasti & in præcipitia multa sponte  
corruisti. Referemus, prætere a uniuersas circumstan-  
tias & causas locorū, temporū, personarū, in qbus diuī-  
na madata contēnens uio asti. Quodq; sc̄tis inspirari  
onib; plerung; tibi cęlat immisis obtēperare rēnuēs,  
ealde pōit impudēcer à te fugasti. Vg miseri &  
iuste

infelici pectori cui ex omni parte intus & foris multipli  
 cans mala, crescit afflictio, sed non in merito, utpote q  
 contra dictam & gratias & iustitiae, contra remorsum &  
 uerminiculum conscientie in barathru damnationis me  
 ipsum praecepit, & quoniam in me fuit spuiscantio bel  
 lna ituli, diuinæ gratiæ ingratus extiti, notitia lumen  
 extinxi. Angelo scito qui mihi in custodiam & directio  
 rem deputatus fuerat inobedienter restiti Monita q  
 que & correptiones iustorum qui à uia nequitiae me  
 trahere, & ad salutaria dirigere conabantur audire  
 contempsi. Proch dolor quanto studiosius hos acer  
 bissimos cordis dolores obliuisci & effugere desidero,  
 tanto attentius obtutibus meis semet obiciunt. Et ut  
 singula notanter explicem mala quæ patior, undique  
 per circuitum circumuallant me angeli tenebrarum ho  
 stes implacabiles, qui gestibus suis & clamoribus ter  
 ribilibus & inconditis mihi minantur ut devorent,  
 ac uiuum absorbant. Habent siquidem facies tam fœ  
 das & horribiles adeo q̄ solus eorum asperitus suffice  
 ret amentiam mihi pariter & desperationē incutere,  
 & animam à corpore separare. Ex altera deniq; parte  
 eminus astare conspicio custodem mihi deputatum ange  
 lum bonū, mestū & lugubrem, cuius qm̄ suasionibus  
 & cōfiliis ac monitis obtéperare contépsī ad succur  
 sum meū lente se disponit, quinimō à tartareis legio  
 nib, quorū dum lospirate fruerer corporali benefi  
 ciis deseruiui, me iure deprehendi pmitit & imuna  
 titer cōrectari atq; discerpi. Esursum uero iudicem  
 meū aggrauū, & infallibilē in pincipio terrible nimis ad  
 instar furiosi cuiuspiā ac rapidi uiri stante, q ex uiu  
 suo iracudo minis & minaci quem sic aspicere uniuers  
 itas mudi penitentias exuperar patēter oſdit ingentē  
 furo, tēquē ergo memiserū concepit. Et leuci a tanto

supra

## S P E C U L U M

nunc mihi terribilio em se monstrat, quanto conuer-  
sionem meā noxiis excessib us paulo ante misericordi-  
us expectabat. Ach q̄ si uera in oībus mora & appella-  
tiōne remotis à dño p̄fisiolos cōdemnationis senten-  
tiā, qui ob mei conuerzionē & emendationē tot mī  
in diem p̄enitendi propositū protraherē, nihil boni  
peregi, sed in uitiis prorsus emarcui. Nunc ecce tāis  
me calamitatibus obliū cōperio. q̄ nec enumerare q̄  
deū ip̄met sufficio. Sententiā quippe illam tā aspe-  
ram scio me susinere non posse, quam tamen iuxta  
diuinū decretū p̄fisiolari me oportet. Nec est remedi-  
um in contrariū. Ad cuius quidem executionē senten-  
tiā tartaros illos satellites ac lictores immittit & ini-  
misericordes p̄paratos cerno, qui mihi manus p̄se-  
bent ut ad oīas sulphureas eternaliter arsurū me se-  
cum traducant. Prætereat subtus me patentibus ocu-  
lis ac lucide contempnor loca internalia & collegas tā  
terrificas, domumq; horroris & importabilis toro-  
ris, cuius sunt tenebrae tam densæ ut & manibus ap̄re-  
palpari & tractari ualeant. Ignis sine flamma ac cla-  
ritatis splendore, fector oīm sulphure & fumeo odo-  
re pestilentior, dolor ad instar parturientiū & absque  
cessatione uel pauca qualicunq;. Rugitus & clamores  
neonfuspiria tam magni uigoris, ut & lachryman-  
di auferant memoriam pariter & desideriū. Pœnali-  
tes & miseriae tam graues, ut per singula momenta se  
re hominē mori cōstant, qui tamen mori non ualer-  
mors quoq; in desiderio est & uenire conuenit. Illuc  
ob intollerabiles cruciat⁹ audio plerosq; deū blasphe-  
mantes, deierantes ac maledicentes. Ibi quoq; paten-  
ter conspicio unūquenq; damnariū odire suū proximū  
uelut hostem capitalem, eīq; maledicere, mala impre-  
carū

Cari & absq; causa molestare, & idcirco de die in diem  
noui sibi inferuntur cruciatus. Illuc insuper planè co-  
gnosco eos qui mecum p. uoloante deliquerunt, & do-  
minica mandata uiolauerunt, scienter expectantes ut  
quē pridem habuerunt cons. ium in delictis, iam se-  
cū habeant sodalem & participē in pccatis & sulphure  
in flaminis. Iacent illic mīleri inter aspides, serpētes  
& dracones & similes bestias uirulentas, quaūd p. mul-  
titudine non est numerus. Ibi desideratur mōrs, quæ  
cibus est ip̄s immortalis, qui rāmen moriuntur sine  
morte & cruciantur sine fine. Heu q̄ horribilis est illic  
mansio nūhi m. i. q̄ similibus sceleratis deputata ac p-  
parata, cuius etiam memoria & cruciatus p̄æcogita-  
tio in immensum mōs augent dolores, calamitātes  
& in series. Pereat dies in qua natus sum. Maledicta  
sit hora qua de matris utero in lumen hanc p̄odij, cib-  
taris angustijs & mōtoribus implicitum de hac uita  
migrare cōpellor. Heu me infelicem cur talia & his si-  
milia non p̄æcogitau, uel in animo reuolui dū ple-  
na corporis sospitate gauderem, & p̄enitēdi spatiū  
mīhi fuerat benignē concessum. Iam utiq; si hoc fecissem  
tam securus essem de æterna felicitate captanda,  
q̄um heu in p̄sentiarum indubitanter infernales cru-  
ciatus postmodū iusepturus in perpetuum duratu-  
ros. Maledicta sis infelix anima mea quæ ad p̄enales  
illas migrabis mansiones, ubi quoq; corpus quod tibē  
socium habuisti in delicijs, simul & pertrahes in inter-  
minabilibus flammis. O si possem explere cordis mei  
desiderium, uellem certe q̄ nūquā natus fuisse. Nes-  
tenim tantas calamitātes iam incurrerem quas euade-  
re nullatenus p̄ualeo. O rupes arduæ & montes excel-  
si, cadite super me, & colles cooperite me, ne uultum  
ullum irati contra me iudicis si fas est aspiciam. insup-  
precos

## SPECVLVM

precor decidite me ut penas illas horrendas nō alpi-  
ciā, quas mihi paratas video sursum & deorsum, an-  
teriorum & retrorsum, dextrorum quoq; & sinistrorū  
sum. Siquidem tam graues & tam terribiles hæ sunt,  
ut si licet & permetteret certe in desperationem cas-  
tigarem labiq; in eam totis viribus optarem. Heu q; in-  
tolerabiles ingerunt mihi cruciatus carnales deliciae,  
uestes preciosæ, necnon superbia cordis ignominiosa  
& fœda. Nō immerito carnem meam putridam tam  
delicatè nutritre & impinguare debui, quæ non erat  
nisi saccus stercorum ac cibis uermium necnon im-  
prudorum spirituum, animæ autem salutem post-  
ponere ac deserere, quæ sanctorum angelorum mani-  
bus, & beatorum spirituum ministerio, suo & omni-  
um rerum plasmatori præsentari debuerat, qui sus-  
tinet, preciosissimam eam sanguine de potestate dæmoni re-  
gemit, mortem quoq; pro eadem suscipere non dubi-  
egauit. O mundo imo immundo nō ab re te cogor ex-  
osum habere, qui ut tibi complacerē iam illis displi-  
cio qui merito ultra omnem mundi creaturam, aut  
quod credi potest si eis obtemperare uoluissim; p; cer-  
to me dilexissent. & nunc heu pro tali ministerio æter-  
nos suscipio pro mercede cruciatus. Vos item alloqt;  
parentes & affines, quos profecto si ut nunc sic & iuc-  
cognouissim; nunq; uobis tantam fidientiam adhibui-  
sem, nec uestris suasionibus & consilis acquieuissem,  
gnimo creatori meo ac recreatori deseruire & cōpla-  
cerē studuisse, qui suis contemptoribus tam terri-  
bilis & seuerus existere non dubitat. Sed nimis sera-  
tæ ista querela, frustra quoq; a mirum mouentur hi-  
stetus & suspicio ad nihilum profutura, cum sine re-  
medio in graui corporis & animæ calamitate, à pre-  
senti cōpellor seculo migrare, & ad infernalia & rara-

terea loca æternaliter cruciandus transire, ubi est fle-  
tus & stridor dæniū, pena sine termino, & acerbitas  
sine meta. Vnum tamen uadeo & consilium salubre  
uniuersis qui tiebilem hanc audire quærimoriam &  
similem forsan præstolamur aduentum, pro nunc  
in testamento intrado, quatenus per petrata facinora  
omni mora postposita deserant, quæ sic hominem fi-  
naliter in tartara præcipitant: propriam autem con-  
scientiam ueris penitentiae lamentis ac contritione  
mundare studeant, salubrem uiuendi viam arripiant,  
ut & in summa melius quam ego mori condiscant.  
Nam felix quem faciunt aliena pericula castrorum. Bo-  
etius: Tempus siquidem præsens ad instar umbræ so-  
laris breuissimum est. Nemo quoq; an etiam cras su-  
peruiuere debeat securus esse potest. Nihilominus in  
hac temporis breuitate, ualer homi æterna sibi gau-  
dia promereri, aut certe æterna si uelit supplicia pro-  
curare, quæ autem mundi constitutionem ambo iu-  
ncta meritorum diuersitatem cunctis sunt uiuen-  
tibus præparata. Quisquis igitur rationis ca-


pax quantum salutiuæ congruere iudi-  
cauerit in hoc speculo semet assidue  
contempletur. Fine quæsto bo-  
nu, cui nullum præfero do-  
num. In mudi rebus dæ  
mihi celse deus.


FINIS.


X2823


Wg-c  
1-10


9174  
0,03















































29530

WILLIAM SALLOCH  
Pines Bridge Road  
Ossining, New York

RA